




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Auctarium. Sive Additiones Ad Viri Clarissimi Henr. Zoesii
J.V.D. Universum Jus Canonicum**

Geismar, Justus Moritz von

Coloniæ Agrippinæ, 1691

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62259](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62259)




155

1
12


M III

7 Th. 4782.











AUCTARIUM.
SIVE
ADDITIONES,
Ad
Viri Clarissimi
HENR. ZOESII
J.V.D. Universum Jus CA-
NONICUM.

Ad perfectionem operis diu desi-
derata, opera

Prænobilis, Generosi, Clarissimi
Consultissimique Viri ac Domini JU-
STI MAURITII à GEISMAER,
J. U. D. in alma, Cæsarea Regiaque
Carolo - Ferdinanda Universitate
Pragensi Codicis Professoris publici
ac ordinarii, Venerabilis Archi-Epis-
copalis consistorii Assessoris, nec
non Jurati Regni Bohemæ
advocati

COLONIÆ AGRIPPINÆ
Sumpibus ENGELBERTI THEO-
DORI KINCHII.

Cum permissu Superiorum
Anno 1691.

Ligorio Lantini sculpsit.

W

Authores, ex quibus Notæ & additio-
nes collectæ sunt.

<i>Arauxus</i>	<i>Sannius</i>
<i>Bonacina</i>	<i>Scaccia</i>
<i>Balbinus</i>	<i>Surdus</i>
<i>Busius</i>	<i>Tridentinum</i>
<i>Busenbaum</i>	<i>Concilium</i>
<i>Butrius</i>	<i>Trencharnis</i>
<i>Covarruvias</i>	<i>Toletanus</i>
<i>Fachineus</i>	<i>Vallensis</i>
<i>Fagnanus</i>	<i>Vulteius</i>
<i>Felinus</i>	<i>Zarabella</i>
<i>Farinacius</i>	
<i>Gonzalez.</i>	
<i>Gailius</i>	
<i>Kichlerus</i>	
<i>Laymanus</i>	
<i>Mascardus</i>	
<i>Mendoza.</i>	
<i>Peckius</i>	
<i>Raynurius</i>	
<i>Schambogen</i>	
<i>Sanchez.</i>	

INDEX ADDITIONUM.

AD LIBRUM PRIMUM.

Ad Præfat. p. 1.
Ad titulum. 1. de sum. Trinit. p. 3.
Ad tit. 2. de Constitutionib. p. 4.
Ad tit. 3. de Rescriptis. p. 4.
 De rescriptis. p. 5.
Ad tit. 4. de consuetudine. p. 6.
Ad tit. 5. de postulatione. p. 6.
Ad tit. 6. de Electione. p. 6.
Ad tit. 8. de Auctorit. & usu pallii p. 7.
Ad tit. XI. de tempor. Ordin. p. 7.
Ad tit. XIV. de ætat. & qualit. p. 8.
Ad tit. XV. de sacra Unctione p. 8.
Ad tit. XVI. de Sacrament. non iteran-
 dis. p. 8.
Ad tit. XXI. de Cleric. peregrin. p. 9.
Ad tit. XXIX.
Ad tit. XXX.
Ad tit. XXXI. } p. 10.
Ad tit. XXXIII.
Ad tit. XXXVIII.
Ad tit. XXXIX. de restitutione. p. 10.
Ad tit. de Arbitr. p. 11.
AD LIBRUM SECUNDVM.
Ad tit. 1. p. 11
Ad tit. 2. de foro Compet. p. 13.
Ad tit. 3. de libelli oblat. p. 13.
Ad tit. V. de litis contest. p. 14.
Ad tit. VII. de Juram. Cal. p. 15.
Ad tit. VIII. de dilationib. p. 15.
Ad tit. X. de ordine Cognitio. p. 16.
Ad tit. XI. de pluspetitionib. p. 16.
Ad tit. XII. de Causa poss. & propri-
 et. p. 17.
Ad tit. XIII. de restitut. spoliat. p. 19.
Ad tit. XV. de dolo & circumacia. p. 20.
Ad tit. XV. de eo, qui mittitur in pos-
 sess. p. 20.

Ad tit. XVI. ut lite pendente nihil in-
 novetur. p. 22.
Ad tit. XVII. de sequest. poss. &
 fruct. p. 22.
Ad tit. XVIII. de confessis. p. 23.
Ad tit. XIX. de probat. p. 23.
Ad tit. XXII. de fide instrum. p. 24.
Ad tit. XXIII. de præsump. p. 26.
Ad tit. XXIV. de iure jurand. p. 27.
Ad tit. XXV. de except. p. 29.
Ad tit. XXVI. de præscript. p. 30.
Ad tit. XXVII. de sentent. & rejudi-
 cat. p. 31.
Ad tit. XXVIII. de appell. recus. & re-
 lat. p. 32.
AD LIBRUM TERTIVM.
Ad tit. 1. de Honest. & vita Cleric. p. 32.
Ad tit. 2. de cohab. Cleric. & mulier.
 p. 33.
Ad tit. 3. de Clericis Conjugat. p. 34.
Ad tit. 4. de Clericis non resid. p. 35.
Ad tit. XVII. de Emp. & Vend. p. 35.
Ad tit. XIX. de rerum permut.
Ad tit. XX. de feudis.
Ad tit. XXI. de pignor. & aliis } p. 37.
 Caut.
Ad tit. XXIV. de donationib.
Ad tit. XXV. de peculio cleri. p. 38.
Ad tit. XXVI. de Test. & ult. volunt.
 p. 39.
Ad tit. XXVIII. de sepulturis p. 39.
Ad tit. XXIX. de parochiis & alien. pa-
 roch. p. 41.
Ad tit. XXX. de decimis primit. & ob-
 lat. p. 42.
Ad tit. XXXI. de regal. & trans. ad re-
 lig. p. 43.

Ad tit.

Ad tit. XXXII. de controverf. conjugat. p. 45.
Ad tit. XXXIV. de voto & voti redempt. p. 47.
Ad tit. XXXIX. de cenf. exact. & procurat. p. 53.
Ad tit. XXXX. de Consecr. Ecclef. & Alta. p. 54.
Ad tit. XXXXI. de celeb. Miſſ. &c. p. 45.
Ad tit. XXXXII. de Baptif. & ejus effectu. p. 58.
Ad tit. XXXXV. de Relig. & Venerat. ſanct. p. 60.
Ad tit. XXXXVII. de purificat. poſt partum p. 61.
Ad tit. XXXXIX. de Immut. Eccleſiar. &c. p. 61.
Ad tit. XXXXX. ne Clerici vel Monachi & p. 62.
AD LIBRUM QUARTUM.
Ad tit. 1. de ſponſ. l. & matrimo. p. 62.
Ad tit. 2. de de ſponſ. impub. p. 66.
Ad tit. 3. de Clandest. de ſponſ. p. 66.
Ad tit. 4. de ſponſa duorum p. 68.
Ad tit. 5. de Condit. appoſit. p. 68.
Ad tit. 6. qui clerici vel ſoventes contrah. & p. 71.
Ad tit. 7. de eo qui duxit &c. p. 71.
Ad tit. VIII. de Conjugio leproſ. p. 72.
Ad tit. IX. de Conjugio ſerv. p. 72.
Ad tit. XI. de Cog. ſpirit. p. 73.
Ad tit. XI. de cognat. Legal. p. 74.
Ad tit. XIV. de conſang. & Affinit. p. 74.
Ad tit. XV. de frigid. & Maleſi p. 79.
Ad tit. XVI. de Matr. contr. &c. p. 71.
Lit. L. (lit. L.
Ad tit. XVII. qui filii ſint legitimi p. 72.
Ad tit. XVIII. qui Matrim. accuſat. &c. p. 72. Lit. L.
Ad tit. XIX. de divortiis. p. 73. Lit. L. 2.
Ad tit. XX. de donatio. inter Virum &

Uxorem. p. 74. Lit. L. 3.
Ad tit. XXI. de ſecundis nuptiis. p. 74.
Lit. L. 2.
AD LIBRUM QUINTUM.
Ad tit. 1. de accuſat. inquit. & p. 75.
Lit. L. 3.
Ad tit. 3. de ſimonia p. 76. Lit. L. 3.
Ad tit. 5. de Magiſt. & ne aliq. & p. 78. L. 3.
Ad tit. 6. de Judæis & Saracenis. p. 78.
Lit. L.
Ad tit. VII. de Hæreticis. p. 79. Lit. M.
Ad tit. VIII. de Schiſmat. & Ordinatis ab iis. p. 79. Lit. M.
Ad tit. IX. de Apoſtat. & reiter. Baptis. p. 80. Lit. M.
Ad tit. XI. de infantibus & lang. expoſitis. p. 80. Lit. M.
Ad tit. XII. de homicidio. p. 80. Lit. M.
Ad tit. XIV. de Clericis pug. in duello p. 82. Lit. M. 2.
Ad tit. XVI. de adulteriis & ſupro. 82. Lit. M. 2.
Ad tit. XVII. de raptor. incend. & p. 83. Lit. M. 3.
Ad tit. XVIII. de furtis. p. 83. Lit. M. 3.
Ad tit. XIX. de Uſuris p. 84. Lit. M. 3.
Ad tit. XXI. de ſortilegiis p. 87. Lit. N.
Ad tit. XIX. de Clerico per
/ ſaltum promot. } p. 89.
Ad tit. XXI. de exceſſibus } Lit. N. 1.
Pralatorum
Ad tit. XXXV. de purgatione vulgari p. 100. Lit. N. 1.
Ad tit. XXXVI. de injuriis & damno ib. Lit. N. 1. (N. 2.
Ad tit. XXXVII. de pœnis. ibid. Lit. N. 2.
Ad tit. XXXVIII. de pœnit. & remiſſ. p. 102. Lit. N. 3.
Ad tit. XXXIX. de ſententia ex. omniu. p. 105. Lit. N.

F I N I S



COMMENTARIUS

CLARISSIMI VIRI

HENRICI ZOESII,

J. U. D. ET IN ACADEMIA LOVANIENSI AN-
TECESSORIS GELEBERRIMI. IN JUS CANO-
NICUM UNIVERSUM, sive ad Decretales Episto-
las Gregorii IX. P. M.

Novissime variis Additionibus, quae ad perfectiunem operis vel maxime desiderabantur, ex diversis Juris Canonici Interpretibus illustratus, nec non à mendis, quibus haectenus scatebat, accuratè repurgatus.



AD Num. 7. Praefationis, post verba: *Qui claruit circa Annum C. I. L. XXXVIII.* addatur: ceterum, decretum, quod aliàs inscribitur concordia discordantium Canonum, eò quòd Gratianus Canonum inter se apparentem contrarietatem tollere, & in consonantiam redigere intenderit, in partes tres speciales dividitur. Pars prima

centum distinctiones & unã continet. In primis viginti tractatur de principiis & dignitate Juris Ecclesiastici. A vigesima prima, usque ad nonagesimam tertiam agitur de Cleri origine, Officiis & moribus. A nonagesima tertia usque ad finem hujus partis tractat Gratianus de Principatu Pontificis. Altera pars divisa est in triginta sex causas, & hæc subdivisæ sunt in Questiones & Capita. In his tractat Gratianus de Generibus Judiciorum Ec-
A d:

clesiasticorum, nisi, quod in causa trigesima tertia, Quæstione tertiâ immiscetur Tractatus de Penitentia in septem Distinctiones divisus.

Pars tertia continet Tractatum de Consecratione, qui iterum in quinque Distinctiones divisus, & in prima quidem agitur de Consecratione Ecclesiarum, & Missarum celebratione, in secunda de Sacramento Eucharistiæ, in tertia de observatione Festorum & Cæremoniarum Ecclesiasticarum, in quarta de Sacramento Baptismi, & tandem in quinta de Sacramento Confirmationis & jejuniis Ecclesiæ tractatur. Præter hæc in Decreto reperiuntur quædam inscriptiones sub nomine PALEÆ, quod videtur denotare Additiones aliquas, quæ factæ sunt ad Collectionem primam Gratiani, sive ab ipso Gratiano, sive ab alio factæ sint.

Ad Num. 9. in §. dixi. ad verba finalia: *Non est eo sensu introducta.* addatur. Concilium, quod Græcè vocatur Synodus, duplex est, aliud Ecclesiasticum & aliud sæculare. Ecclesiasticum, quod aliter vocatur de sceptro curvo, iterum duplex est, aliud Universale, & aliud Particulare seu Locale. Ecclesiasticum universale est, quod à Pontifice, vel ejus Legato constituitur, convocatis omnibus ex toto orbe Christiano Episcopis. Glossa in Can. generali Dist. 17. ubi convocatio omnium Episcoporum requiritur ad hoc, ut sit Concilium Universale, licet personalis comparitio necessaria non sit. Bellarmin. lib. 1. Controversiarum de Conciliis cap. 15.

Concilia universalia præcipua, & quæ ab Ecclesia Catholica tanquam

quatuor Evangelia recepta sunt, antè probat Justinianus in *Novell. 131. cap. 1. & in l. 4. & 7. §. sequentes Cod. de summa Trinitate.* Recensentur quatuor. Primum est Concilium Nicænum, in quodammodo fuit Arrius, qui docuit Christum esse absolute inæqualem Patri. Secundum Concilium Universale fuit Constantinopolitanum, in quodammodo fuit Macedonius, qui docebat Spiritum Sanctum esse servum Patris & Filii. Tertium Concilium est Ephesinum, in quo damnatus fuit Nestorius, qui assererat duas personas in Christo. Quartum Concilium Oecumenicum, fuit Chalcedonense, in quo damnatus fuit Eutiches, qui Verbi DEI & Carnis unam naturam esse pronuntiavit. *Can. 1. Distinct. 15.* in quam hæresin Imperator Justinianus circa Annum Christi 563. Imperii sui 37. lapsus fuisse dicitur. Aegidius Perinus in vita. Sunt & adhuc alia post hæc quatuor, habita Universalia Concilia, quæ si modo nitantur Confirmatione & Autoritate Summi Pontificis, suam habent auctoritatem obligandi. *Can. Sancta 3. Distinct. 15.* alioquin, si auctoritate Pontificis careant, nomen Conciliorum non merentur, sed potius Conciliabula appellantur *Can. 1. 2. & 5. Distinct. 17.* & tanquam Conventicula improbantur.

Particulare Concilium est, ad quod omnes Episcopi ex Orbe Christiano non convocantur, & est vel Nationale, quo tota aliqua Natio convocatur, & id ipsum Patriarcha vel Primas cum Archi-Episcopis & Episcopis unius Nationis, vel plurium Provinciarum celebrat. Talia sunt Concilia Tolera-
na &

na & Africana. *Turrorem. 3. de summa Ecclesie cap. 3.* ad sui valorem tamen, ut omnes obliget, à Summo Pontifice approbandum est.

Provinciale Concilium est, quod Archi-Episcopus sive Metropolitanus celebrat cum suis Suffraganeis Episcopis, Abbatibus, aliisque Clericis suæ Provinciæ, & olim quidem bis vel saltem semel singulis annis. *Can. quoniam 8. Disti. 8. 18. & cap. 25. infra de Accusationib.* Concilium tamen Tridentinum in *Sess. 24. cap. 2. de Reformat.* jubet, ut quotibet saltem triennio per Metropolitanum, vel eo impedito, per Episcopum Antiquiorem Concilium Provinciale convocetur, cui etiam omnes Episcopi & Abbates in Provincia commorantes, quibus id de Jure competit, vel etiam consuetudine ita receptum est, sub certis pœnis interesse jubentur.

Quæres: an Canones Apostolorum vim obligandi habeant? Ubi prius observa Apogryphum, & hæreticum librum esse distincta, nam apogryphus dicitur, ejus Auctor ignoratur, ut possit esse liber Apogryphus & tamen Canonicus, uti Sapiencia Salomonis, & Historia Jobi. *Trid. Sess. 4.* Item dicuntur Apogryphi, qui sunt extra Canonem. *Trid. d. Sess. 4.* Item illi, qui non probantur ab Ecclesia, ut legantur publicè, sicut è contra dicuntur Agiographi, qui leguntur publicè: Canonici dicuntur, qui ab Ecclesia definiti sunt habere autoritatem Canonicam ad ea, quæ sunt fidei irrefragabiliter probandæ. Jam ad quæstionem responderetur aliquos esse Apogryphos, non tamen hæreticos, uti habet *Can. 1. dist.*

16. Quia hoc verbum ex ignorantia linguæ Græcæ irrepsisse dicit Covarruvia, & alii.

Observe I. In laudem Juris Canonici, quòd protestantes Lutheri & Calvinii doctrinam amplexi, Jus Canonicum non abdicarent, sed eo in causis suis decidendis etiamnum utantur. *Matth. Stephani. de Jurisdic. lib. 3. p. 3. in prefat. & Disp. 1. vol. 1.*

Observe II. Librum sextum Decretalium Galli non receperunt, sive ob graves inimicitias inter Bonifacium VIII. Auctorem, & Philippum Pulchrum Regem suum, sive ob id, quod multa jura Regni & Ecclesiæ Gallicanæ imminueret. *Art. Duck. lib. 1. c. 7. n. 15. obs.*

Observe III. Primi & primarii Interpretes juris Canonici sunt 1. Hostiensis. 2. Joannes Andreas. 3. Butrius, 4. Anchoranus. 5. Zirabella. 6. Abbas Pannonitanus. 7. Arctinus. 8. Felinus. 9. Archidiaconus. 10. Geminianus.

AD TITULUM I.

Ad finem hujus Tituli addo: Ceterùm tres personæ unius essentia vocantur Trinitas non Triplicitas, quia hæc nomen significat proportionem inæqualitatis, quæ in illis non datur. Prima autem Persona dicitur Pater, & non Genitor, quia hoc nomine imperfectam generationem in fieri tantum dicit. Secunda Persona dicitur filius, qui per generationem & actionem intellectus procedit. Tertia Persona dicitur Spiritus Sanctus, qui per amorem & actionem voluntatis procedit. Ratio harum

Personarum est perfectio, consistens in fecunditate & communicatione sui ad intra, Pater & filius possunt dici quidem duo spirantes, non tamen spiratores, quia illud suppositorum, hoc verò spirationum dualitatem significat, cum tamen una tantum sit in utroque. Ita *D. Thom. 1. p. q. 31. art. 1. ad. 1. 2. 3. & 4.*

AD TITULUM, II.

Ad finem Numeri primi adde: Propriè dogma est constitutio Ecclesiastica, quæ ad fidem, mandatum autem quæ ad disciplinam; interdictum, quæ ad correctionem malorum pertinet. Alia sanctio, quæ poenam capitalem irrogat, si propriè sumatur. L. sanctio de poena. Alia Canon, quæ in Conciliis promulgatur. Alia Decretum hic, quam Papa non consultus cum consensu Cardinalium tulit. Alia decretalis Epistola, quam Pontifex consultus rescribit. Motus proprius idem, quod edictum. Præceptum idem, quod mandatum. Pragmatica autem Sanctio, quam Imperator cum consilio procerum statuit.

Ad Num. II. Observa, quòd potestas spiritualis immediatè à Deo sit, temporalis autem tantum mediatè, unde Cardinales Jurisdictionem Papæ non conferunt, sicut populus Principi, sed personam tantum designant, cui à Deo vi promissionis à Christo factæ Jurisdictio confertur. *Probatur ex cap. Novis. X. de Judic. Laym. lib. 1. tract. 4. c. 6. § 1.*

Ad Num. 23. ad finem adde: Obiicit: *Matth. 18. & Joan. 21.* Dicitur est omnibus Apostolis, quodcunque liga-

veritis super terram &c. Item sicut me m sit Pater, ita & ego mitto vos, atqui à Patre immediatè est missus Christus, ergo etiam Episcopi omnes immediatè à Christo acceperunt suam potestatem, consequenter non habent illam jure humano, sed potius jure Divino. Respondeo, imprimis Sanctum Petrum fuisse Caput Apostolorum, & ipsi etiam soli specificè à Christo dictum esse: quidquid ligaveris super terram &c. Adeoque Petrum tanquam Caput aliquid speciale tamen habuisse præ cæteris. Respondeo secundo & melius, quòd S. Petrus acceperit à Christo potestatem realem sedi coherentem, reliqui autem Apostoli acceperint personalem personæ eorum coherentem. Vel etiam tertio dici potest, licet cæteri Apostoli S. Petro dicantur pares, id tantum iareligendum est, quoad consecrationem, non autem quoad jurisdictionem.

Ad Num. 36. ad finem adde: Aliàs autem Laici super Ecclesiis & personis Ecclesiasticis nulla est attributa facultas, quibus obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi. *d. Cap. Ecclesia h. tit.* in tantum, ut si quid à laica potestate motu proprio directè simile quid statutum fuerit, quod Ecclesiarum etiam commodum concernit, & favorem, nullius firmitatis existat, nisi ab Ecclesia fuerit approbatum.

AD TITULUM III.

De Rescriptis.

Ad Num. 5. ad finem adde: Rescriptum contra jus vel est destructivum,

vum, & tunc est contra Legem divi-
nam vel naturalem, & non valet, vel
est modificativum, uti quos Deus con-
juxit, homo non sepatet, quod Eccle-
sia interpretatur de matrimonio Con-
summato; & tale valet, vel est declara-
tivum ut in ore dum stat omne ver-
bum, non excluduntur plures, negan-
tur tamen pauciores; vel est provisi-
vum uti in exemptione decimarum &
illa rescripta tenent; vel etiam Rescrip-
tum est contra jus humanum, idque
vel publicum, vel privatum, de quibus
vide plura apud Hostiensem ad hunc
titulum, qui hanc materiam fuse per-
tractat:

ADHUC EST TITULUS II.

De Rescriptis.

AD Num. 13. post illa verba: *igno-
ratum habuisse*, adde: Objicies
infra num. 29. ubi dicitur Rescriptum
nihil operaturum si cognita veritate
non fuisse rescriptum: sed si nihilomi-
nus petitioni annuisset, ergo male
dicitur, licet Pontifex fuisset dispen-
satus, non sufficere. Respondetur
primò, quod prior num. 13. loquatur
de vitio substantiali personæ impetran-
tis rescriptum, quod ipsam personam
afficit, eamque omni favore indignam
reddit, posterior verò numerus 29.
tantum de vitio causæ allegatæ, quod
minus est quam primum. Respondetur
secundò, rescriptum tale, de quo
in num. 29. tantum valere secundum
formam juris communis, in num. au-
tem 13. semper esset contra formam
juris communis, ergo ibi valere nullo
modo potest.

Ad Num. 19. ad fin. adde. In sum-
ma regula est, prior tempore est po-
rior, unde si duo impetrent rescripta,
prius impetrans præfertur secundo,
licet secundus suas literas prius præsen-
tavit, & receptus sit in fratrem, modò
ei nudum sit collatum beneficium.
Hæc enim valde differunt, ut patet ex
Gloss. ad c. 12. in 6. Unde si secundo esset
collatum, puto eum præferri. Quòd si
autem Pontifex mihi prius conferat &
postea conferatur alteri, & is installa-
tur, tunc ego præferor, quia collatio
Pontificis mihi statim jus in re dat, & in
dicto casu loquitur *Cap. eum cui in 6.*
Quòd si autem non conferat, sed tan-
tum det gratiam ad proximè vacaturum,
tunc prior præfertur posteriori
in tribus casibus, qui supra recensentur.
Ubi in primo puto legendum, ta-
men illi *nequid* sit collata Præbenda
vacans. Objicies contra dicta *Cap.
17. de Præbend. in 6.* Respondeo hi
solum dici, quòd posterior ordinari
possit, intellige licet, non negat au-
tem validè. Vel potius dic, id non
posse, quod dedecet Clericos variatio.
Vel melius: quòd loquatur de Ordi-
natione, non de collatione. Quòd au-
tem dicatur *L. quoties Cod. 2. de 2. v.* non
habere locum in beneficiis, hunc sen-
sum habet; quòd is, cui primò colla-
tum beneficium, licet nequid sit in-
stallatus, sit potior prius installato.
Quia in beneficiis per collationem &
acceptationem jus in re acquiritur, ut
colligitur ex *d. cap. 17. idem ex Gloss. ad
d. cap. 12. idem asserit Vallens. de instit.
num. 5.*

Ad Num. 42. ad finem adde: Ubi
observa ex Rebuffo in Tract. de Re-
script.

Script. quòd subreptionis suspicio tollatur, si rescriptum habet clausulam adjunctam *ex certa scientia*, vel etiam: *ex plenitudine potestatis*, sive *pro expressis habentes & suppletes omnes defectus* item si apposita sit clausula: *si alteri jus non sit quæsitum*, quia videtur concessum sub conditione Cap. quamvis eod. in 6. quod etiam non operatur clausula *motus proprii*, vel *non obstante*. Vid. Rebuff. loco citat.

AD TITULUM IV.

De Consuetudine.

Planè ad finem tituli addo: Huc etiam referri potest stylus, qui consideratur dupliciter, vel ut est facti, vel ut est juris, si ut est facti consideretur, accipitur pro modo & formula procedendi in iudicio, si verò accipiatur prout est juris, tunc sumitur pro jure ex modo procedendi nato, si jus non sit contrarium, differt tamen stylus à consuetudine, quòd consuetudo versetur circa ipsam causæ decisionem, stylus non. Item ritus, si ut est facti, sumatur pro observantia circa solennitatem actus, si prout est juris accipiatur, pro jure inde nato sumitur.

AD TIT. V.

De Postulatione.

Ad Num. 6. ad finem addo: Obstat dictis numerus 43. tituli sequentis, in quo dicitur, quòd quidem conveniens sit ut eligatur de gremio, non sit tamen necessarium. Respondeo quòd non obstat, quia num. 43. supponit tamen esse profectum.

Ad Num. 8. in fin. addo: Sic casus ponit Glos. h. t. in 6. in verbo *probabiliter*. primò si in beneficiis cum cura dubitetur, an assumendus attigerit Annum 25. an non, secundò an eligendus in Episcopum compleverit 30. Annum. C. cum in cunctis 7. de elect. tertio, an assumendus in Prælatum expressè sit profectus. Cap. nullus 28. de elect. in 6. modò istud dubium consistat in facto & non in jure, ut in his casibus similis postulatio incerta admittatur.

AD TIT. VI.

De Electione.

Ad Num. 1. in fin. addo: Electio sumitur dupliciter, generaliter, & specialiter, si generaliter sumatur, comprehendit & postulationem & nominationem, præsentationem & collationem, quia in his omnibus persona idonea eligi debet. Si verò specialiter sumatur: tum est suprà definita, C. 32. & 44. h. tit.

Ad Num. 48. addo ad finem: Ratio resolutionis, quia impedire per metum, vim & mendacium, est modus impediendi justitiæ contrarius, ergò non nisi per restitutionem refarciri potest. de Arauxo de Stat. Civil. disput. 13. n. 3. Sed Quæstio: an teneatur ad restitutionem, qui impedit per modum charitati contrarium, ex odio aut livore vindictæ, sive alio injurioso opere. Respondet num. 9. negativè, ratio, quia non contrariatur justitiæ, sed soli charitati, & sic primum lædit justitiam commutativam, alterum distributivam.

Ad Num. 85. Consecratio Episcopi

copi debet fieri ab uno Episcopo, assistentibus duobus Episcopis, juxta formam præscriptam in Pontificali Romano, illicitè autem fieret contra formam, si assisterent non Episcopi. Licetè autem & validè fiet illa ex dispensatione Summi Pontificis, quia ad validam collationem Sacramenti sufficit unus Minister, licet ex statuto vel consuetudine, & sic ex necessitate præcepti requirantur assistentes, ut Patrini in Baptismo & Confirmatione; Presbyter in Ordinatione Presbyteri, de Arauxo de statu Eccles. c. 21. qui ibidem num. 20. ait: Quòd solus Papa habeat potestatem conferendi Characterem Episcopalem, vel ex ejus commissione alius, quia collatix istius characteris, propter sui excellentiam à solo humano Pontifice, vel ex ejus commissione fieri potest: nam sicut Ordines sacri inferiores respectivè Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus conferuntur ab Episcopo, qui est ad illos superior, ità Ordo Episcopalis, debet à Supremo Antistite supra Episcopos conferri, vel ex ejus commissione.

Non obstat contra prius, Can. porro dist. 66. ubi Jacobus Minor in Hierosolimitanum Archi-Episcopum primus ordinatus est à Petro, Jacobo & Joanne, ut ità Episcopus non minùs, quàm à tribus Episcopis ordinetur. Respondeo istis verbis hoc denotari, quòd licet Christus omnibus Apostolis immediatè potestatem Episcopalem, tam consecrationis, quàm jurisdictionis tribuerit, nihilominus tamen isti tres principatum tenentes, Jacobum uno consensu ordinârunt, hoc est, Ecclesiam illam ei specialiter regendam

designârunt, ut visibili consecratione, hoc est, externis signis & Cæremoniis potestatem utramque à Christo acceptam manifestârent, de Arauxo d. loco num. 24.

AD TIT. VIII.

De Auctoritate & Usu pallii.

AD Num. 1. in fin. adde: Forma traditionis pallii fit hoc modo: Ad honorem DEI omnipotentis & B. MARIÆ Virginis, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum, & Domini Papæ N. & Ecclesiæ Romanæ, & Ecclesiæ talis tibi commissæ tradimus tibi pallium de corpore B. Petri sumptum, in plenitudinem Pontificalis dignitatis, ut eo utaris intra Ecclesiam tuam dictis diebus, qui exprimentur in privilegiis concessis Ecclesiæ tuæ ab Ecclesia Romana. *Gloss. in verb. honorem. cap. 4. h. 1.*

Ad Num. 2. in fin. adde: Quæres: An Patriarcha præcedat Cardinalem? Respondet ab Andler affirmat. l. 1. tit. 5 p. 1. nu. 46. per Can. penult. fin. Can. Omnes. Can. Sacramenta dist. 22. & per cap. antiqua de privil. Ubi post Apostolicam Sedem Patriarchalis dignitas proxima notatur, nullâ factâ mentione Cardinalium.

AD TIT. XI.

De Tempor. Ordin.

Vbi adde ad Num. 4. in fine: Interim observa, quòd tam Sacerdotium, quàm Episcopatus imprimant characterem, tamen non sint duo ordines, sed unus, qui dicitur extendi & perfici in Episcopatu, unde necessariò prærequiritur

ritur Sacerdotium. Bonacin. in verb. Ordo. num. 2. Sunt autem omnes Ordines etiam minores eminenter instituti in ultima cœna. Bonac. n. 4. Ubi nota, quod omnis baptizatus, etiam infans, sit subjectum capax Ordinis per se, quod probatur per *cap. cui infr. de Cler. per salt. prom.* Ubi ordinatus inter annos discretionis, non reordinatur, Bonac. num. 17. ut & tali Episcopatus conferri possit, qui Episcopus erit Titularis. n. 18. Hæc autem intellige absolute & ad hoc, ut imprimatur character, jus enim certam ætatem requirit. Cui autem ordinandus debeat habere titulum, observe titulum esse triplicem. Primus est titulus beneficii Ecclesiastici, secundus est patrimonii, seu pensionis seu priorum bonorum. Tertius est titulus Professionis in Religione Bonac. *ibid.* n. 17.

A D T I T. XIV.

De *Ætate & Qualit.*

AD Num. 9. in fine adde. Opponi solet *dist. 79. Can. 2.* ubi dicitur quod facta Ordinatio sine titulo, irrita habeatur, unde inferunt, ergo est nulla. Respondeo sensum esse quod talis ordinatio erit sine excusatione.

A D T I T. XV.

De *sacra Unctione.*

AD Num. 3. ad finem adde: Et licet Apostoli per solam manuū impositionem sine Chrismate confirmaverint, uti legere est *Actor. 8.* Hoc tamen factum est ex speciali dispensatione Christi pro eo tempore, quod Spiritus

Sanctus sub visibilibus signis descende-
bat, quando verò hæc signa cessarunt,
ulsi sunt etiam chrismate,

Quæres: Ubi institutum sit Sacramentum Confirmationis? Respondeo probabilius, quod in Cæna Domini, quia illud tempus erat maxime idoneum, in quo toties promisit Spiritum sanctum. *Tann. Tom. 3. dist. 3. q. 1.*

Ad Num. 4. in fin. adde: Obijciens Cornelius & socii ejus ante Baptismum acceperunt Spiritum sanctum. *Actor. 10. vers. 44 & 48.* Ergo Baptismus non est janua. Respondeo quod illi, vel jam fuerint baptizati Baptismo fluminis, vel extraordinario modo sine Sacramenti alicujus applicatione Spiritum sanctum acceperint.

Ad Num. 9. in fin. Adde: Quæres: quando instituta extrema Unctio? Respondeo probabilius esse, quod à Christo instituta sit post Resurrectionem, quando instituit pœnitentiæ Sacramentum, quia præsupponit potestatem remittendi peccata, & in materia conservanda Episcopalem benedictionem. Hanc autem contulit post Resurrectionem. *Joan. 20. Ergo.*

A D T I T. XVI.

De *Sacramentis non reiterandis.*

PLanè ad finem Tituli adde: Quæres: An Ordines minores sint Sacramentum. Respondet Divus Thomas & alii, quod sic, ratio, quia per unumquemque eorum datur potestas ordinato ad exercendam aliquam functionem in ordine ad Eucharistiam. Sed dices: Isti Ordines non sunt à Christo im-

imue.

immediate instituti, nec de jure Divino, sicut nec prima tonsura, quæ non est Sacramentum, sicut & Trident. Sess. 23. cap. 2. denotat omnes Ordines præter Diaconatum & Sacerdotium ab Ecclesia institutos. Respondet illos immediate à Christo institutos *implicitè* in ipsa Sacerdotum & Diaconorum institutione, quos Ecclesia postea *explicitè* distinxit. Sic Christus officium Ostiarii exercuit flagello ejiendo e mentes & vendentes in Templo dicens: *Ego sum ostium*. Lectoris officium exercuit in medio Seniorum aperiens Librum Isaia & legens: *Spiritus Domini super me*. Exorcistam egit, ejiendo Dæmones, Acolythum, quando dixit: *Ego sum lux mundi*. Subdiaconum quando linteo se præcinxit, & lavit pedes: Diaconum, quando corpus suum post Cænam Discipulis suis dispensavit, & quando dormientes excitavit dicens: *Vigilate & orate*. Sacerdotem egit, quando seipsum in ara Crucis pro Redemptione humana obtulit, idem Sacerdos & hostia.

AD TIT. XXI.

De Cleric. peregrin.

Ad finem Tituli adde: Cæterum hic admonere non erit inconveniens, cum Episcopus alienæ Diocesis subditum ordinare non possit absque superioris ejus licentia, quæ obtinetur per literas dimissorias, quod hæc vel sint speciales, si quis nimirum obtineat, quod v.g. Bambergensis subditus possit ordinari ab Archi-Episcopo Pragensi, quæ expressio specifica hoc operatur, ut ab alio quàm nominato ordi-

nari non debet. *Arg. cap. 5. infr. de præsumpt.* Aliæ iterum vocantur Generales, quando in hunc tenorem datur licentia, ut à quocunque Episcopo ordinari possit. In dimissoriis autem specificè ordo, quem alteri Episcopo conferendi facultas datur exprimendus est, aliàs si in genere fiat mentio Ordinum, non comprehenduntur majores, multò minùs id obtinebit, si Ordines minores tantùm sint expressi *c. 1. h. t.* Dimissorias potest dare Episcopus propriis suis subditis, sive sit Episcopus Originis, sive ratione domicilii, sive ratione beneficii. *cap. cum nullus eod. in 6.* Archi-Episcopus autem subditis Episcopi, cum non sit immediatus superior, eas dare non potest. *Canonist. ad d. cap. cum nullus.* Ubi etiam notandum, quod literæ dimissoriæ differant à Commendatiis, nam literæ dimissoriæ hunc habent effectum, quod quis per eas dimittatur à jurisdictione sui Episcopi, eique conferatur facultas suscipiendi Ordines ab alio Episcopo. Commendatiæ autem sunt, quibus non dimittitur quis à jurisdictione, sed tantùm datur licentia suscipiendi Ordines ab alio Episcopo.

Fit etiam mentio in multis Conciliis Chor-Episcoporum, qui erant duplices, alii Presbyteri, qui Episcoporum in villis Vicarii erant, quos hodie vocamus Decanos, vel Vicarios Foraneos, alii erant simul ordinati Episcopi, qui ex commissione Ordines conferre poterant, quos hodie vocamus Suffraganeos, inter quos tamen est differentia, quod nimirum Suffraganei ad proprium alicujus Ecclesiæ ab hostibus occupatæ titulum canonicè ordinentur,

B cùm

cùm Chor-Episcopi tantùm ordinati fuerint ad Ecclesiam ordinario subiectam, quod quemadmodum de jure fieri non debet, quoniam in eadem Civitate plures Episcopos jurisdictionem habentes esse non convenit, ita & Chor-Episcopi cassati & amplius in usu non sunt. *Layman, lib. 5. Tract. 9. cap. 9. num. 2.*

A D T I T. XXIX.

AD Num. 21. *adde*: Ubi observatur, quòd Delegatus debeat citato inferre verba commissionis delegatæ, originale autem comparanti ostendere. *Myns. 3. obs. 1.*

*Ad Num. 38. post verba L. 1. §. si fu-
de x ff. de judic. adde*: Sic prorogari quidem potest de tempore ad tempus, non etiam de persona in personam. *Thom. Trivis. 1. decis. 49.*

A D T I T. XXX.

AD Num. 6. *in fin. adde*: Ubi incidenter nota, quòd Nuncius Apostolicus debeat servare Ferias, vel Curia Romanæ vel Civitatis in qua jus dicit. *Trivis. 1. decis. 31.*

A D T I T. XXXI.

Post verba de offic. legat. in 6. *adde*: Sic etiam non possunt agnoscere causas civiles Regularium contra ipsos motas, vel quovis modo definire. *Trivis. 1. decis. 33.*

A D T I T. XXXII.

AD Num. 4. *in fin. adde*: Ubi inci-

denter nota, quòd publici Doctores Magistratibus civilibus præponendi sint. *Vernul. Instit. polit. lib. 3. tit. 11. §. 7.*

A D T I T. XXXVIII.

AD finem Tituli post hæc verba L. 6. *hoc tit. adde*: Advocatus quidem potest in causis civilibus causam minus probabilem suscipere, dummodo cliens de majori probabilitate admonetur, non tamen licet in causa criminali dubia tueri partes Actoris sive Acusatoris, qui in tali casu graviter peccat contra reum, idem si agatur contra possessionem qui injustè vexatur, cùm in dubio judicetur pro eo. *Busenb. lib. 4. cap. 3. dub. 3.* In causa tamen criminali potest reum etiam fontem defendere, quia reus non tenetur ad pœnam nisi convictus, ergò potest illa per se, vel per alium avertere, donec convincatur. *Busenb. d. l.*

Item tenetur pauperibus in gravi necessitate gratis patrocinari sine notabili tamen suo incommodo.

Advocans scienter in causa injusta, tenetur parti contra quam patrocinium præstitit ex peccato commissionis, damna resarcire, parti autem cui inser-vivit, ex peccato omissionis. *Ita Busenbaum dicitis locis.*

A D T I T. XXXXI.

De Restitution.

AD Num. 6. post hæc verba: *l. quod omnes de R. 7. in 6. adde*: Præviâ causæ cognitione, in qua primò versatur, nam res minima sit, propter quam restitutio postulatur, neque enim ob mini-

minimam causam id, quod bona fide actum est, rescindi debet. *L. Res bonâ fide ff. de action. empte.* quod potissimum obtinet, si causâ majori præjudicium fieret, *l. 4. ff. b. t.* Præstat enim in re vel quantitate modica læsum manere eum, qui restitutionem petit, quam quid majus rescindi, quæ autem res minima vocetur, Judicis arbitrio committi debet. *Covar. lib. 1. var. resol. cap. 3. n. 11.*

Secundò in causâ cognitione versatur, an auxiliam commune & ordinarium supplicanti competere possit, quo habito ipsi succurrendum non est per remedium Extraordinarium *L. in causa 16. in princ. ff. de minor.* Quin tamen possit etiam in tali causa Pontifex seu Princeps si velit restituere & auxiliam extraordinarium impertiri, dubium non est *L. 1. §. desertur ff. de bon. possess. secund. tab.*

AD TIT. XXXXIII.

De Arbitr.

AD Num. 8. ad fin. adde: Nisi tamen sordes aut turpitude arbitri sit manifesta, tunc enim arbiter ad ferendum laudum compellendus non est, vel si litigatores ipsum infama verint. *L. sed §. 3. & 4. ff. b. t.*

Non cogetur etiam arbitrium susceptum prosequi, si se partes semel spreverint, & ad alium iyerint, etsi in continenti partes pœniteat. *L. 9. in fin. l. 10. & 11. ff. b. t.* Si plures sint arbitri, omnes adesse debent, adeò ut si duo ex tribus adsint, dictum illorum tertio absente nullius sit momenti. *L. sicuti 18. ff. eod. potuisse enim tertius reliquos*

duos in contrariam sententiam allatis rationibus traxisse, quamvis si omnes præsentés fuerint id prævaleat, in quod plures consentiunt, *d. l. 18.* Inimicitia etiam capitales si superaverint etiam cum altero litigatorum excusant arbitrum, uti & ætas vel adversa valetudo. *L. licet 17. ff. eod.* Quod etiam obtinet, si alter litigantium bonis cedat. *L. 17. in princ. ff. eod.* Ratio est, quod nulla foret exactio pœnæ contra illum, qui foris cessit. Eodem modo arbiter non tenetur sententiâ proferre, nisi uterque ex litigatoribus pœnam compromiserit, & quidem purè, nam si unus tantum compromitteret in pœnam claudicaret compromissum contra. *L. litigatores 11. §. penult. ff. b. t.*

AD LIBRUM II.

AD TITUL. I.

DE *judic. ad finem Tituli*: Porro sine jurisdictione iudicium stare non potest, juxta vulgaram regulam quæ habet, quòd extra territorium iudicanti impune non parcatur. *L. fin. ff. de jurisd.*

16. Jurisdictio definitur quod sit potestas publica statuendi & exequendi quid super negotio civili vel criminali, vel secundum Cujacium est notio, sive definitio causarum Magistratui proprio jure competens: ubi notio rectè ponitur loco generis, cum laxius pateat, & competat etiam Judicidato, qui tamen in definitione non comprehenditur.

17. Jurisdictio alia est voluntaria, alia

B 2

alia contentiosa; Illa ubique & quodcumque non tamen nisi inter volentes exercetur, uti sunt manumissiones, adoptiones &c. Hæc autem inter invitos, sed non nisi intra territorium.

Contentiosa iterum vel est ordinaria, quam Judex habet jure proprio, hoc est à Principe, vel populo, vel lege, vel est delegata, quam quis habet beneficio alieno. *l. 6. ff. de jurisd.*

18. Iterum dividitur jurisdicatio in mixtum & merum imperium. Mixtum imperium est potestas cognoscendi & statuendi quid super negotio civili, quo spectat jubere caveri, dare Judicem, in possessionem mittere, multam dicere, jubere rem ratam haberi, judicatum solvi, dare bonorum possessionem & similia. *L. 3. & 4. ff. de jurisd.*

19. Merum imperium est jus gladii ad animadvertendum in facinorosos, & sic locum habet in criminalibus. Olim erat penes populum, hodie est penes Principem.

20. Quæres, an merum imperium sit penes Ecclesiam. Jus quidem meri imperii esse penes Ecclesiam, ab exercitio tamen jus abstineri propter mansuetudinem Christi quam profitentur Clerici. Non obstat quod soleant tradere nocentes foro seculari, quia, per hoc non exercetur merum imperium, sed tantum designatur, eum, qui hoc modo traditur foro laico, indignum esse privilegiis Clericalibus. Neque adversatur *cap. fin. Ne Clerici. vel Monach. inf. in 6.* quia ibi conceditur usus meri imperii Episcopo non ut tali, sed ut habenti simul conjunctam temporalem potestatem, prout hodie,

no tempore plerique ferè omnes Episcopi in Romano Imperio habent.

21. Cæterum jurisdictionis causa efficiens est Princeps, populus vel lex, privatus jurisdictionem dare non potest. *L. privatorum C. de jurisd. omn. jud.* Potest tamen jurisdictionem habenti eam prorogare, quæ prorogatio duplex est, vel expressa, quando constat de expresso partium consensu in judicem quem sciunt non esse suum *l. 2. ff. de judic. vel tacita*, quando quis coram Judice non suo litem contestatur, & non opponit exceptionem declinatoriam fori. *Felin in cap. inter num. 4. & seq. b. r.*

22. Quæres 1. an jurisdicatio acquiri possit per præscriptionem. quod sic, & quid è jure civili si cohæreat territorio, longe tempore procedet præscriptio, quia & ipsum territorium tanto tempore præscribitur, circa territorium videtur longissimum tempus requiri, & hæc ita contra privatum, contra Principem verò non præscribetur, nisi tempore immemoriali, quod est loco constituti *l. 6. c. de præscript. Jason. in l. imperium num. 20. ff. de jurisd. Covarruv. ad c. possessor p. 2. §. 3. n. 3* De jure Canonico si ve cohæreat territorio si ve non, requiritur tempus 40. annorum *c. 8. inf. de præscript. nisi præscriberetur contra Romanam Ecclesiam, tunc enim opus esset spatium centum annorum cap. ad audientiam 13. & 14. inf. eod. & ibi Abbas n. 12.*

23. Quæres 2. an per præscriptionem & exercitium unius actus jurisdictionis, acquiratur etiã jus exercendi alios actus. In regula dici quantum possessum, tantum præscriptum, id tamen

NON

non nisi species jurisdictionis distinctas respicere, quia ab una specie exercitium unius actus recte extenditur ad actus alios ejusdem speciei; sic si quis per prescriptionem acquisivit unum actum, recte extenditur ad ceteros actus ejusdem speciei. *Alexand. consil. 68. n. 18. vol. 2.* Nisi tamen alius esset in quali possessione aliorum actuum, tunc enim actus unius speciei non posset extendi ad ceteros actus, eò quod videntur esse omnino à se invicem separati. *Barb. de prescript. p. 2. q. 2. nu. 22. & seqq. Bronch. cent. 1. misc. assert. 9.*

AD TIT. II.

De foro compet.

Ad finem numeri primi adde: Realis regulariter locum habet in criminalibus, ne facinorosus fugam arripiat, regulariter tamen requiritur ut præcedat mandatum Judicis. *l. 3. c. de exhib. reis.* Ratio est quod ab executione inchoandum non sit, nisi tamen quis in flagranti crimine deprehendatur, vel sit suspectus de fuga, quia talis mox sine ulla commissione ulteriori capi potest per L. ait Prætor 10. §. si debitorem ff. Quæ in fraud. credit. in causis civilibus autem regulariter est prohibita. *un. C. de prohib. sequestr.* Eò quod inverso juris ordine sumatur exordium, excepto tamen si debitor sit suspectus de fuga, quo casu etiam in causa civili propria auctoritate debitor potest detineri, maxime si forensis sit. *Peckius in Tractat. de jure sist.*

*A*d finem numeri secundi adde: Citatio autem continere debet Primò nomen citantis, ut sciatur an habeat legi-

timam personam. Secundò, nomen Judicis citantis, ut sciatur an ille qui citat sit Judex competens, si enim esset incompetens, impunè citanti non pareretur, citatus tamè ad Judicem incompetentem comparere tenetur, & suam exceptionem si quam habet Judici exhibere, *tot. tit. ff. si quis in ius vocat. noverit.* Tertiò, locum Judicii, ut sciatur an locus sit tutus, quod tamen intelligendum est tantum de judicio delegato, quia si quis citetur ad tribunal ordinarium & nihil exprimat, censetur quis ad locum solitum citatus, *L. si locus 59. ff. de judic.* Quartò, citatio continere debet nomen rei, sive ejus qui citatur, ut citatus positivè sciat se vocari ad iudicium. Quintò, causam ob quam citatur, ut sciat semper quare conveniatur. *Clem. 2. ut lito non contest.* Sextò, diem & terminum, ut citatus sciat diem ad quem vocatur non esse feriatum. Debet autem citatio fieri per apparitorem, qui si dicat se ex mandato Judicis citare, fides ei adhibenda est ex communi praxi. *Marant. p. 6. §. citatio num. 52.* Hoc etiam extra questionem est, quod, si apparitor dicat se citationem fecisse, ei omnimodè credatur, tum quod deponat de facto proprio, tum etiam quod electa in hoc sit ejus industria, adeoque pro ipsius dicto præsumitur. *Gail. lib. 1. obs. 54. num. 4. Menoch de arbitr. casu 112.*

AD TIT. III.

De libelli oblat.

Ad finem numeri primi adde: Libellus alius est articulatus, alius simplex. Articulus est, qui continet in se

B 3

plus

plures articulos. Simplex verò est, in quo continuata fit narratio. *Trentl. disp. 4. Vult. ad princ. de action. Insti.* alii hunc vocant summarium, illum verò positional:m.

A D T I T. V.

De litis contest.

Ad finem numeri 2. adde: Litis contestatio dicitur secundum Oldendorpium, cum ab Actore primò, deinde à reo negotii principalis fit narratio, ad hoc ut Judex de causa incipiat cognoscere, *l. 1. C. eod.* Originem habet à libertate Romanorum, ne alicui in iudicio fieret violentia in causis civilibus, quare post affirmationem actoris, & responsum rei eo animo factum, uti Judex litem decideret, solebant testari, id est testes rogare, ut litis contestatio dicta sit quasi duorum vel pluriù adversariorum testata ordinatio iudicialia, & exinde capit Judex habere potestatem cognoscendi, decidendi, exequendi, juxta illa prætoris verba do, dico, addico, do iudicium postulantibus, dico sententi:m post litem contestatam, addico rem victori, & exequor illam; quod postremum dicitur legis actio, quasi jussu planè legis id fieri sit necessarium. Adeoque litis contestatio quoad originem descendit ex jure naturali, quoad solennitatem ex Romanorum auctoritate, materia sunt controversiæ, quæ sine iudicio componi non possunt. Forma expositio facta iudici ab actore & reo animo contestandi litem. Finis ut partium voluntate causa subiciatur cognitioni iudicis, ne quid violentum admittatur in sacro-

sancta justitiæ officina, & ne quis ullam de executione juris, sed de seipso habeat occasionem conquerendi.

Adm. 6. Quæres: an per oppositionem exceptionis lis censetur contestata. & si dilatoria sit, certum est quod non, quia hæc principalem petitionem actoris non concernit, quæstio est de peremptoria: v.g. peto à Tio decem, quia promisit, ille responderet, quod metu inductus promiserit Resp. Adhuc negativè, quia adhuc non est contradictoria responsio, neque adhuc patet, de quo Judex cognoscere debeat, probatur. *l. ex cap. 1. eod. in 6.* Ubi dicitur, quod talis exceptionis objectio litis contestationem non impedit, ergò per illam adhuc facta non est; probatur *2. ex c. 2. eod. in 6.* ubi dicitur quod per per hoc nequaquam litis contestatio facta intelligatur, sed eâ non obstante illam fieri oporteat, nisi sit exceptio talis, quæ litis finita dicitur, hæc enim si in continenti probari queat, etiam litis contestationem impedit. *d. c. 2.*

Officies cap. prout x. de dolo & contum. in quo per exceptionem præscriptionis videtur lis contestata, & dicitur esse contestata, item in cap. Venerabilis inf. de except, per exceptionem permutationis seu cambii, item in cap. Raynuisus inf. de testam. per exceptionem annalis præscriptionis, item in *l. si filius s. exceptionibus ff. de interrogat. act.* Instituta actione, & opposita tali exceptione videtur esse iudicium. Respondet *Gloss. inc. 2. h. tit. in 6.* Aut reus directè respondet libello, se non teneri, quia intervenit pactum, & est litis contestatio, aut simpliciter dicitur

citur, pactum intervenisse, & non est litis contestatio, cujus ratio ulterior est, quod per litis contestationem debeat ordinari iudicium, per talem exceptionem destruat, ergo per illam non potest fieri litis contestatio, quia eadem res diversos seu contrarios effectus parere non potest, quod hic directè fiet.

Quæres, an per confessionem rei inducatur litis contestatio. Resp. quod non, quia per eam non fit contradictoria responsio, & Judex non habet, super quo cognoscere incipiat, nullæ enim sunt partes iudicis in confidentem. *L. proinde 25. in fin. ad leg. Aquil. quia confessus habetur pro iudicato. l. 1. ff. de confessis.*

NB. in Zoesio numerus septimus huius tituli omitti debet.

Ad finem huius tituli adde: Observa ex Vallensi, quod effectus litis contestatæ sit 1. quod faciat rem litigiosam. 2. Excludat dilatorias Exceptiones. 3. Inducat quasi contractum & instantiam. 4. Interrumpat præscriptionem. 5. Perpetuet actiones. 6. Faciat actiones penales descendere in hæredes. 7. Constituat possessorem quoad fructus in mala fide. 8. Faciat Procuratorem dominum litis. 9. Perpetuet jurisdictionem. 10. Faciat ut ad sententiam definitivam Judex procedere possit. *Ua Vallens. h. t.*

AD TITUL. VII.

De Juram. cal.

Ad Num. 6. in fin. adde. Ubi nota

versus vulgares ex Glossa in cap. 1. h. tit. *Illud juretur, quod lis sibi iusta videtur,*

Et si quæretur, verum non inficietur.

Nil promittetur, nec falsa probatio detur,

Uti si tardetur, dilatio nulla petetur.

AD TITULUM. VIII.

De Dilationibus.]

Ad num. 3. circa finem adde: Verum hodie pro consuetudine & moribus locorum inspiciendus stylus cujusque curiæ, Judex enim pro differentia loci, temporis, & personarum dilationem moderari potest, vel augendo vel minuendo. *c. 24. sub. de offic. delegat. & l. 1. C. h. t.* Unde est, quod jure Canonico & passim moderno tempore dilationes dicantur esse arbitrariæ, eò quod Judex prout fert circumstantia causæ & loci, vel restringere eas possit, vel prorogare. *Buñus ad l. 68. n. 8. ff. de judic.* Hinc etiam procedit, quod ex justa causa, si videlicet periculum sit in mora, Judex non teneatur reum ter citare, sed sufficiat una peremptoria citatio pro trina. *c. ult. inf. de dolo & contum. l. 2. l. contumacia ff. de Re judic.* Vocatur autem peremptoria, quod reo sive citato perimatur via ad ulterius legitime comparendum, eò quod habeatur pro contumaci, modò tamen in citatione particula illa *peremptorie* addatur. *l. 70. ff. de judic. & d. l. 68. cum duab. seqq.*

Ad num. 4. in fin. adde: Dantur etiam dilationes executoriæ, quæ sunt quatuor mensium, & dantur illi qui a cione personali condemnatus est ut satisfaciatur. *cap. quarensi sup. de offic. deleg.*

leg. & l. fin. Cod. de usur. rei iud. Quod tamen tempus nequaquam concedendum videtur condemnato aetione depositi, commodati, aut simili, quibus certa species petitur, ne mali iis indulgeatur. Ita D. Schambogen. ad §. 2. Instit. de offic. Jud. Nisi tamen & hic in rei petite æstimationem condemnatus esset. Vinn. ad d. §. 2. In actionibus reallibus dicto quadrimestri locus non est, quia cum reus habeat rei restituendæ facultatem & rem possideat, executio differri non debet, nè ipsi subministratur occasio malignandi, adeo ut si frustratorie inducis petat, res, quæ penes eum est, manu militari auferri possit, L. qui restituere 68. ff. de Rei Vind. Eodem modo condemnatus in causa criminali non gaudet ullâ dilatione, quia expedit, ut facinorosi quam citissime ultimo supplicio, vel aliâs poenâ facto condignâ afficiantur in terror maliorum, nisi causa magna sit, uti si mulier prægnans condemnata sit, & similibus.

Quæres: An dilationes prorogari possint? R. quod prima dilatio prorogari non possit iuxta Gail. 1. obs. 91. Quia habito remedio ordinario non est recurrendum ad extraordinarium, adeoque cum possit adhuc peti secunda & tertia dilatio, sequitur priores prorogari non posse, quod prorogatio in hoc passu sit remedium extraordinarium ad quod facile descendendum non est. Docet tamen Gail. 1. obs. 91. numer. 2. Prorogationem quartæ dilationis posse ex legitima causa prorogari cum eadem solennitate quâ data fuit, licet facile prorogari non debeat. Gail. 4. n. 2. Est autem prorogatio di-

lacionis labentis, nondum tamen lapsæ extensio. Vallenf. ad §. 2. n. 4. ff. h. e. Ubi addit, quod lapso termino non prorogatio, sed nova dilatio petenda sit.

AD TITUL. X.

De ordine cognitionum.

Ad principium tituli sic incipe: Ordine deinceps res cognoscenda, qui exigit causas præponderantes præcognoscit. Ubi observanda regula, quod per minorem causam majori cognitioni non sit faciendum præjudicium, quia major quæstio causam minorem ad se trahit. L. per minorem 54. ff. de iudic. Unde si plures causæ concurrant, quarum una pendet ex altera, prius illa cognoscenda est, à qua altera dependet. L. 5. §. 8. 9. & 10. ff. de agros. & al. lib. Farinac. de var. crimin. q. 100. n. 137. & seqq.

AD TITULUM XI.

Hic titulus planè deleatur ex Zoefio & ponatur sic.

TIT. XI.

De plus petitionibus.

Actori in libello attendendum est, ne in eo petat quid amplius quàm sibi debeat. Plus autem petitur quatuor modis, Re, modo seu causâ, loco, & tempore. Re plus peti dicitur, cui nimirum debentur tantum quinque, & ille petit octo vel novem. Causâ plus petit, cui quid debetur alternativè, vel in genere, & alter petit speciem simpliciter. §. 33. Instit. de Action. loco plus

plus petere dicitur, qui non facta mentione loci, ubi quid promissum alio loco pure petit. *d. §. 35. Tempore plus petit, si id, quod in diem, vel sub conditione debetur, quis petat pure,*

Ubi observandum tempus esse triplex, *ex natura rei*, uti si quis fructus naturos promittat, vel *lege*, si nimirum à lege concedatur dilatio, uti si dos consistat in re mobili. tunc enim datur anni spatium *L. un. C. de rei uxor. act.* Vel est tempus ex conventionem, si tempus nimirum contractui inferatur. *Ita D. Schambog. ad d. §. 33. Inst. de Action.*

Quæres, quæ sit differentia inter illum, qui plus petit re, & illum qui plus petit causa. Resp. qui plus petit re, petit aliquid quod ipsi plane nullo modo debetur, qui vero plus causâ petit, petit quidem quod, sed non ut debetur. *D. Schambog. d. §. 33. Ubi observa, quod distincta sint cadere causâ, & cadere formulâ, illud enim denotat ipsam rem amitti, hoc vero tantum instantiam perimi, ut per novam instantiam res adhuc peti possit, Vulci. §. 33. Inst. de Act., n. 9. Pœna plus petentis olim erat, ut caderet causâ, & rem amitteret, postea tamen est mitigata, & statutum, ut si quis plus tempore petat, ipsi tempus duplicetur. arg. L. aut damnum §. quisquis ff. de pœn. Qui vero plus petit re, loco vel causâ, condemnatur in omne damnus, quod reo per suam petitionem intulit, etiam certis casu in triplum, uti habetur in §. tripl. Inst. de Action. D. Schambog. d. §. 33. Inst. de Action.*

Quæres. Hæc exceptio tu petis plus tempore, quid operetur? Resp. si opponatur ista exceptio dilatoriè, hoc est

ante litem contestatam, iudicium suspendetur, si autem opponatur peremptoriè, id est, post litem contestatam, iudicium non suspendetur, quia exceptiones dilatoriæ ante litem contestatam proponi debent, eò quòd respiciant iudicium constituendum. *Ita Vallens. ex Panormi. ff. de plus peti. n. 3.*

TITULUS XII.

De causa possessionis & proprietatis,

AD num. 1. circa finem adde: Causa possessionis vocatur, in qua principaliter agitur de possessione vel quasi, sive adipiscenda, sive retinenda, sive recuperanda. *Ita Vallens. ff. h. t. n. 1.*

Ad n. 5. in fin. adde: Causa proprietatis appellatur, ubi agitur principaliter de dominio rei vel iure, sive in re, sive ad rem, sic si agatur actione personali, vel etiam ad usum fructum, vel servitutes ceteras, dicitur esse causa proprietatis. *Ita Marant. p. 4. dist. 7. n. 1 & hoc vocatur iudicium petitorium. Vall. h. t. n. 2.*

Quæres, unde cognosci possit an agatur iudicio possessorio vel petitorio. Resp. ex conclusione libelli id adverti posse, nam si actor principaliter concludat ad possessionem, agit iudicio possessorio, si vero agat ex iure in re, vel ad rem, agit iudicio petitorio.

Ceterum iudicium possessorium est triplex, vel enim est adipiscendæ, vel retinendæ, vel recuperandæ. §. 3. 4. 5. & 6. Inst. de Interdict. Adipiscendæ possessionis iudicium est, si quis petat possessionem, quam ante nunquam ha-

C

buit

buit, tale est 1. Interdictum quorum bonorum, quod datur ei, cui decreta est bonorum possessio adversus eum, qui bona pro hærede vel possessore possidet ad possessionem adipiscendam, & hoc proximè accedit ad naturam hæreditatis petitionis, præterquam, quòd illud non indigeat tam exactâ probatione, sed sufficiat summaria cognitio. *Manz. §. 1. Inst. de interd.* Tale etiam remedium adipiscendæ possessionis. 2. est remedium possessorium, quod introduxit. *Justin. in l. fin. C. de edict. D. ADR. toll.* In qua provisum est, ut, si quis produxerit in iudicio testamentum primâ fronte nullo vitio visibili laborans, successor in eo denominatus statim mittatur in possessionem bonorum, ut hoc remedium, utpote in quo nulla alia probatio requiritur, inter cætera sit maximè expediens, cum sufficiat docere, se in tali testamento esse scriptum hæredem. *Id. D. Schambog. §. 3. Inst. de Interdict.* Similiter 3. iudicium adipiscendæ possessionis est interdictum *Quod legatorum*, & datur hæredi contra Legatarios, qui propriâ auctoritate occuparunt res sibi legatas, ad adipiscendam possessionem, ut hæres certus sit de sua Falcidia. *Cod. Quod legatur.*

Hinc accedit 4. Salvianum interdictum, quod similitudinem habet cum Actione Serviana, & datur locatori prædii rustici adversus colonum, cum quo expressè conventum est, ut illata & invecata sint pignori. *d. §. 3. Inst. de Interdict. in fin.* Ad illarum rerum possessionem adipiscendam. Retinendæ possessionis iudicium est, ubi agitur contra eum, qui aliquem in sua posses-

sione turbat, & tale est primò Interdictum *Uti possidetis*, quod competit illi, qui in possessione rerum immobilium turbatur contra ipsum turbatorem, ad hoc ut turbare & molestare desinat, præstito simul eo, quod interesturbationem factam non est.

Secundò, etiam iudicium retinendæ possessionis est, Interdictum *ut rubi*, quod datur ei, qui turbatur in possessione rerum mobilium. *Gloss. & Abbas in cap. Pastoralis h. t. n. 16.*

Quæres, quid si uterque se possidere contendat: Resp. Si uterque probet suam possessionem, is obtinere debet, qui probat antiquiorem possessionem. *per text. in cap. licet causam ff. de probat. Gloss. ibid. in verb. uti possidetis.* Quod procedit, quando res est omninò dubia, eò quod intricata sit possessio propter mixturam actuum hinc inde, ut inquit. *D. Schambog. §. 4. vers. communiter Inst. de Interd.* Quia junior possessio præsumitur clandestina. *Abb. in d. cap. licet n. 9. sed.*

Quæres, quid si uterque æquè antiquam possessionem probet, quæ prævalerit. Resp. Preferenda erit possessio ista, quæ innititur titulo, illa enim magis iusta videtur. *Gasl. de pignorat. obs. 22. n. 8. & seqq.*

Recuperandæ possessionis interdictum est, quod intentatur ad amissam possessionem recipiendam, & tale est Interdictum unde vi, quod datur ei, qui vi atroci de possessione rerum immobilium dejectus est, & ejus hæredi contra eum, qui vi, sive per se, sive per aliam deiecit ad possessionem recuperandam, & ad omne damnum datum rejiciendum intra annum, post annum

autem

autem quantum ad spoliatorem per-
venit.

Ad finem tituli adde: Ceterum In-
terpretes duplex iudicium possessorii
solent ponere, unum ordinarium sive
plenarium, alterum summarium seu
momentaneum quod aliter etiam vo-
cant fiduciarium vel depositorium
possessionem, aut remedium provisio-
nale. Illud est, ubi servatur ordo juris
in processu, & plenae probationes re-
quiruntur. Hoc autem ubi juris ordo
non servatur, sed summarie tantum
proceditur, ne partes veniant ad arma,
ideoque etiam non perpetuum, sed
momentaneum & reparabile praedi-
cium adfert, quod in ordinario posses-
sorio restaurari potest, neque inde da-
tur appellatio, *Caes. l. 1. obs. 7. in fin.*

TITUL. XIII.

De Restitutione spoliatorum.

A*D num 3. in fin. adde:* Ubi observa-
quod sufficiat ad spoliium ut quis
vi sit dejectus, sive fuerit dominus rei
sive non, adeoque sive sit naturalis &
civilis possessor simul, sive naturalis
tantum, qualis est usufructuarius, vel
Creditor. *L. 3. §. fin. ff. de vi & vi arm.*
Et hic nota differentiam, inter interdi-
ctum retinendae possessionis, quod
est uti possidetis, & ut ubi, & interdi-
ctum unde vi, quod nimirum in hoc
non distinguatur, an dejectus vi, vel
clam, vel precario ab adversario suo
possideat, ut nihilominus tanquam
spoliatus ante omnia sit restituendus.
L. sed si vi. 14. ff. de vi & vi arm. modò
alias verè rem possederit tempore de-
jectionis, *L. 1. §. Interdictum autem hoc*

23. ff. de vi & vi arm. cap. consultationibus
10. sup. de offic. delegat. Idque in odium
ejus qui postremam vice spoliavit. In in-
terdicto autem retinendae possessio-
nis, non audietur is, qui vi, vel clam,
vel precario respectu adversarii sui pos-
sidet. *d. l. sed si vi 14.*

Ad num. 9. in fin. adde: Sic etiam si spo-
liatus beneficio Ecclesiastico ante spo-
liationem beneficio suo sponte renun-
tiavit, *cap. accepta 3. h. t.* alioqui facta
demum spoliatione renuntiavit juxta
regulam datam adhuc si petat, ante
omnia veniet restituendus, quia sem-
per erit praescriptio, quod non sponte,
sed vel vi, vel metu inductus renuntia-
verit, nisi tamen actor, utpote contra
quem stat praesumptio, contrarium
probet *cap. sollicitè. 2. h. t.*

Ad finem tituli adde: Porro, qui
tanquam spoliatus ante omnia petit
restitui, jam siquidem agat *interdicto*
unde vi, jam supradictum, quod duo
probare debeat, nimirum primò, quod
eo tempore dum spoliaretur, possede-
rit rem ad quam petit restitui, secundò,
se de possessione esse dejectum ab ad-
versario, vel alio ejus nomine, vel sal-
tem eum, contra quem agit, dejectionem
ratam habuisse quam alius fecit.
Quod si autem spoliatus, sive dejectus
intentare velit remedium quod in *cap.*
sape 18, h. t. introductum est, satis erit,
si probet, se fuisse autem in possessione,
illam autem dejectum, & illum qui possi-
det jam, mala fide possidere, eò quod
sciat spoliationem factam esse, quia
vigore remedii, in *d. cap. sape* introdu-
cti, non modò ipse spoliatus, sed etiam
haeredes ipsius, imò & quiscunque sin-
gularis successor, & què ac si spoliatus
ad

ad restitutionem tenentur. *Abb. in d. cap. sapè.*

Ubi observa adhuc ex *Vallens. §. 5. h. 1. in fin.* Ut quis possit legitimè privari beneficio, tria concurrere debere. primò sufficiens & gravis causa. Secundò, ut causa ista sit manifesta. Tertiò, ut privatio fiat servato juris ordine, *Vallens. d. §. 5.*

TIT. XIV.

De dolo & contumacia.

AD num. 5. ad verba: rei judicata repellat: adde: Et sic est casus, ubi etiam sine litis contestatione sententia ferri potest, si enim actor ante litem contestatam absit, & reus probeat innocentiam suam, potest etiam à re petita absolvi. *d. cap. 3.*

Ad num. 5. in fin. adde: Et sic iterum est casus, ubi victor potest condemnari in expensas, si enim pro eo, qui per contumaciam absens est, feratur sententia, ipse quidem victor est, nihilominus autem in expensis venit condemnandus.

Ad finem tituli adde: Aliàs variè solet coerceri contumacia, aliquando enim contumax condemnatur in expensas. *cap. cum dilecti h. t.* Aliquando rapitur in vitus ad iudicium. *L. consentaneum C. quomodo & quando iudex.* Aliquando ipsi indicitur mulcta. *L. 1. ff. si quis in ius vocatus,* interdum sequestratione, vel etiam excommunicatione punitur. *Vallens. h. t. n. 3.* Ubi circa finem tradit, quòd, quoties contra aliquem potest fieri realis, aut personalis executio, non deveniatur hodie ad

poenam excommunicationis. *Trid. Sesi. 24. c. 3. de reformat. vide Vallens. d. loc.*

TIT. XV.

De eo qui mittitur in possess.

AD num. 1. in fin. adde: Est autem primum decretum, decretum Iudicis, quo ob contumaciam rei actor in possessionem bonorum custodiae causà mittitur, ut ea pignoris vice detineat, donec reus veniat responsurus. Ita *Wesenbec. ad tit. ff. de damn. infect. Causa efficiens,* est Iudex habens saltem mixtum imperium ad petitionem Actoris ob contumaciam rei. *Materia circa quam,* sunt omnes actiones personales, vel reales. *Materia in qua,* sunt bona contumacis observato ordine prescripto. *In l. à divo Pto ff. de re judic.* Quamvis in iura propria missio non fiat, sed vocatis debitoribus fit inhibitiōnis, ne creditori solvant. *Forma est,* quòd Actor offerat libellum, quo oblato reus à Iudice citatur, qui autem contumaciter recusat venire, actor contumaciam Rei allegat, quā allegatā, & eum de ea constat, Prator actorem in possessionem mittit, in rebus quidem citra ullam causæ cognitionem, in personalibus autem cum prævia summaria cognitione, & insuper olim in omnia bona. *Gl. in l. 9. Cod. de reb. auct. judic. possid.* Hodie autem servato ordine pro quantitate debiti. *Auth. & qui iurat. Cod. d. reb. auct. jud.* absurdum enim foret quemquam in plus mitti, aut plus ei adjudicari, quàm petat, *Finis est,* ut actor rem servet, &

ut reus exadio affectus veniat ad respondendum. *Effectus* est, quod missio uni facta, quandoque etiam aliis proficit, *l. fin. C. h. t.* quod tamen videtur tantum procedere de jure veteri, quo missio fiebat in omnia bona, item quod inducat jus pignoris. *L. fin. C. de prat. pignor.* Unde etiam taliter missus videtur acquirere possessionem naturalem, *d. l. fin.* Tandem etiam efficit, ut sine ipso, qui missus est, dominus rei in ea nihil agere possit.

Ad num. 2. post hac verba: Gloss. d. §. in aliis: adde: Secundum verò decretum est alterum Prætoris jussu, quod ob contumaciam & moram absentis debitoris, eum qui ad rem detinendam in possessionem missus fuerat, verum possessorem decernit, aut etiam dominum esse jubet, causâ tamen prius cognitâ *c. 1. h. t.*

Ad num. 2. post verba illa: Passessio nem rei aliena: *adde:* in realibus enim frustra quis petit sibi dominium adjudicari, quod ante se habere præterdit, & frustra petit facultatem distrahendi, quam ut dominus jure suo habet, item quia lex in realibus possessionem tantum aufert, salvâ ad longum tempus proprietatis questione, quod jus per decretum ei auferri iniquum foret. Potest nihilominus actor si controversiam timeat, petere à Judice, ut is statuât certum terminum, intra quem reus, vel etiam alii veniant, & jus suum producant sub pœna præclusi. *L. fin. C. de jur. domin. impetr.*

Forma in personalibus consistit in eo: Anno elapso rursus faciendâ ad petitionem actoris citatio, quâ factâ si reus non compareat, vel debitam cau-

tionem & refusionem expensarum non offerat, Judex cognoscet num reus justè absit, quod si satis de contumacia constet, tunc ex officio nobili secundum decretum interponet, & actorem in vera & legitima possessione esse, & eâ frui jubebit.

Unde differunt hæc duo, jubere possidere, & mittere in possessionem, quia hoc nudam possessionem complectitur, illud verò non nudam possessionem, sed cum causa bonorum & dominii complecti solet, sicut in bonorum possessionibus.

Finis ut contumacia puniatur, & actori succurratur.

Effectus quod faciat verum possessionem, quia Prætor dominos non facit. Hodie tamen videtur statim dominus fieri, si modò antecessor fuit dominus, aliâ usucapendi conditionem acquirat.

Dices: si reservetur alteri questio super proprietate, quomodo ergò sit dominus Resp. Fit dominus præsumptivè, quæ præsumptio durat, donec alter probet se esse dominum.

Ad nu. 4. in fin. adde: Idem obtinet in causa matrimoniali, ubi alter conjugum ita adest, quod peremptoriè vocatus contumaciter comparere nolit, aut se malitiosè occultet, vel impediat citationem ad se pervenire. *Cap. fin. §. porro sup. ut tit. non contest.* Potest tamen in casibus illis, quibus missioni in possessionem locus non est, si reus contumax sit, ante litis contestationem per censuras compelli, ut juri pareat, ita habetur in *ca. Tua fraternitatis sup. ut lit. non contest.*

TIT. XVI.

Ut lite pendente nihil innovetur.

AD nu. 1. Hunc totum numerum expunge, & pone sic: Lis autem pendere dicitur, quàm primum reus ab auctore expressâ tamen causâ propter quam vocatur, citatus est. *Clement. 2. h. r.* Ut ita ad litem pendentiâ contestatio litis non requiratur. *d. Clem. 2.* Et hic notandum, quòd aliud sit litem pendere, & aliud rem esse litigiosam, quia res litigiosa est, quando inter possessorem & peritorem de alicujus rei dominio controversia movetur in judicio. *L. 1. cum Auth. litigiosa C. de litigios.* Et hinc est quod inquit Gloss. in *cap. 1. inf. de confirm. util. vel inut.* Si fiat controversia super possessione, rem per id non dici factam esse litigiosam. Ideòque secundùm *Panormitanam in c. 2. n. 4. inf. Qui filii sint legit.* Si maritus sit ab uxore sua accusatus adulterii, & uxor agat ad thori separationem, pendente lite possessione maritali non est privandus, neque ab uxore separandus, quia litis pendentiâ non suspendit exercitium matrimonii. Sic etiam si duo litigent super beneficio Ecclesiastico, & unus illorum decedat ante finitam litem cum superstite, beneficium alteri conferri non potest, & si id fieret, ipso jure nullum est & irritum.

TITUL. XVII.

*De sequestrat. possessionum.
& fruct.*

AD finem num. 1. adde: Sequestro

vicinum est depositum, quod tamen in aliquibus differt, primò enim possunt & plures, & unus rem deponere, apud sequestrum autem non nisi sint plures. *L. 17. ff. de posse.* Secundò, res qualibet potest deponi, etiam illa quæ non est controversa, sequestrari autem res nulla potest, nisi controversa. Tertiò, plures rem deponentes deponunt pro rata, sequestrantes verò deponunt in solidum. Ita *D. Schambogen. ad Tit. Inst. quib. mod. re contr. oblig. §. 1. circa fin.*

Ad n. 2. in fin. adde: Habere autem potest locum sequestratio, tam in controversiis rerum profanarum, quàm etiam spiritualium seu beneficiorum Ecclesiasticorum, unde juxta *Clement. un. h. r.* Si in petitorio vel possessorio sit lata & promulgata sententia definitiva in curia Romana super beneficio contra possessorem, qui triennio non possedit, tunc jubetur ordinario quòd debeat beneficium & fructus sequestrare. Ubi adhuc observandum, quod si res mobilis, quæ servando servari non potest, timeatur deterior futura, tunc lite pendente implorari debet judicis officium, & res vendi, ac deinde ipsum pretium loco rei sequestrari. *Gail 1. obs. 1. 48. n. 3. ubi num. 4.* pulchrè addit, quod illas res propriè dicantur servando servari non posse, quæ ultra triennium in naturali sua bonitate non possunt conservari.

Ubi quæres, an detur medium aliquod evitandi sequestrationem. Resp. Si de rebus conservandis idonea præstetur cautio, sequestrationem evitari posse, an autem cautio juratoria sufficiat, 1. dic, si sit offerens bonæ vitæ & famæ, posse, aliàs si suspectus sit, quod non. *Gail. d. loc.* *Ad*

Ad num. 3. in fin. addit: Effectus sequestrationis est, quod sequester finito tempore teneatur a ditione sequestraria, ut rem sequestratam una cum fructibus tempore sequestrationis perceptis, quos victori cum servare oportet, exhibeat & restituat. *L. si apud quem §. i. ff. de posit.*

AD TIT. XVIII.

De Confessis.

IN principio tituli post verba illa: *relegetur ab onere probandi* addit; legitima probatio fit quatuor modis, vel enim fit per testes, vel per instrumenta, vel per juramenti praestationem, vel per adversarii confessionem. Hanc facillimam esse constat, & ad litem expeditionem promptissimam esse asserit *Vallensib. l. 1. n. 1.*

Ad num. 7. in fin. addit: Cum inter practicos saepe fiat mentio juramenti Dandorum & Respondendorum, quia illa sint juramenta Resp. Ex *Vallensib. l. 1. n. 2.* quod per usum diuturnum sit introductum, quod post litem contestatam antequam alia probationes suscipiantur loco interrogationum, quae olim de jure Digestorum fieri solebant, de quibus in *Tit. ff. de interrogat. in jur. faciend. v. g. an adversarius possideret pro haerede, an ex testamento, an ab incestato, an in totum, an pro parte, tam actor ex porrecto à se libello, quam reus ex sua exceptione ediceret aliquas positiones, easque suo adversario in judicio proponeret, ubi tamen proponens prius debet praestare juramentum calumniae, & hoc vocatur*

juramentum Dandorum, cui jam proponuntur illae positiones, ut desuper respondeat, debeat & ille antequam respondere velit, prius praestare juramentum calumniae, quod vocant Practici juramentum Respondendorum. *Clement. saepe §. quia positiones de P. S. junct. ca. dudum sup. de elect. c. un. sup. de litis contest. c. cap. 2. de confess. Vallens. d. n. 2.* Idque fit plerumque, per verbum *Credit vel non credit*, quia responsio per verbum dubitat, vel dubito non admittitur, nisi forte positio consistat in facto alieno, ad causam tamen controversam faciente, quia alias negari possit responsio, si enim impertinens esset, interrogatus respondere non tenebitur. *L. fin. in fin. ff. pro suo.* Ubi ex *Gail. lib. 1. obs. 80. n. 2.* notandum, quod post litem contestatam, si quis positionibus adversarii respondere iustus, id facere contumaciter recuset, quod habeatur confessus omnia ista, quae in positionibus continentur, vel etiam negasse, in quantum ipsi durius est; si vero justam causam habeat, responsionem suam legitime recusare potest, sic si esset positio incerta vel dubia, vel si sit ex omni parte impertinens, ut si nullo modo tangat causam principalem in libello expressam, vel si sit captiosa & cavillosa, ut inquit *Vall. h. n. 4.*

AD TIT. XIX.

De Probationibus.

AD num. 6. in fin. addit: Dices, regulam esse, quod per rerum naturam factum negatis non egeat probatione, quia dici solet, quod negationis nullae sint

sint differentia, & nullæ qualitates, hoc obtinere & procedere in negativa, quæ vaga est & indeterminata, quia talis negativa directè probari non potest, ut si quis neget se contraxisse, Procuratorem habere mandatum à suo principali, & hoc sensu etiam verum est, quod dicitur magis credi duobus affirmantibus, quàm mille negantibus, Mascard, *de probat. conclus. 1092. nu. 7.* Non autem procedit hoc, si quis se fundet in aliqua negativa, & eam alleget vel tacite, vel expresse, quia tunc eam probare debebit *L. optimam 14. C. de contrab. & commit. stipul. Surd. Decis. 316. n. 14.* Unde qui negat aliquem habilem fuisse v.g. ut ineat contractum, & ideo contractum petat declarari nullum, ut quia non habuisset legitimam ætatem, id probare debet, sic negans testamenti valorem, vitium ejus ostendere debet, *Surd. Dec. 104. n. 21.*

A D T I T. XXII.

De fide Instrumentorum.

AD num. 3. post hæc verba: Sunt adji-
ciendi: *adde:* Ubi notandum circa
indictionem, quod tria olim fuerint
per quæ conservabatur Respublica,
Canones, oblationes, & indictiones,
per Canones intelliguntur vectigalia
& jura fiscalia, per oblationes verò
pensiones quas populus offert, per in-
dictiones contributiones. Hæc cœpe-
runt sub Augusto Casare, qui anno
ante Christum natum tertio pacificato
orbe census indixit, qui tribus lustris,
id est, 15. annis duravit, & primo quin-
quennio populus censum solvebat in

auro, ad demonstrandam imperii Ma-
jestatem, secundo anno solvebat in ar-
gento, ad stipendia militibus erogan-
da, tertio anno in ferro, pro reperan-
dis & fabricandis armis. Extraordinariæ
contributiones vocabantur superindi-
ctiones. Ut autem populus sciret, quid
solvere deberet, statuit Imperator, ut
nullum instrumentum valeret, nisi
quota indictionis ei esset inserta, ger-
manicè die Nömerungs. Zahl. Ut igitur
sciat quæ sit indictio, hi versus no-
tandi.

*Si per quindenos Domini divideris
annos.*

*His tribus adjectis indictio certa no-
tasur.*

Ad num. 4. ad finem adde: Cæterum in-
strumentum publicum tamdiu facit
plenam fidem, donec probetur con-
trarium, pro quo stent ad minimum
duo testes omni exceptione majores.
L. 18. Cod. de probat. Vel contrarium
instrumentum contra quod adversa-
rius nihil objicit *ca. 10. h. t.* veluti quod
à Notario qui subscriptus invenitur,
non sit confectum, vel quod reperia-
tur cancellatum, aut inductum circa
substantialia instrumenti, aut ejus im-
mutetur sensus, ut exinde suspectum
fiat. *cap. inter dilectos §. instrumentum
h. t. & cap. licet inf. de fals.*

Dantur adhuc alia instrumenta,
quæ quidem à persona publica confe-
cta non sunt, quoad effectum tamen
probandi comparantur publicis, sic si
inveniatur scriptura munita sigillo E-
piscopi, cui tamdiu creditur, donec
monstretur contrarium. *cap. 7. sup. de
probat.*

probat. *Can. cura. causa 11. quest 3.* Idem est, si appositum sit sigillum Capituli, vel alicujus Communitatis jus sigilli habentis, *d. c. inter dilectos*, sic etiam scripturæ, quæ ex Archivo publico sunt extractæ, vel apud acta publica fiunt. *L. 1. § 2. C. qui in Eccles. manumit. Felin. ad cap. 13. inf. de præscript.* Prout quoque eundem effectum habet subscriptio scribentis & testium. *c. 2. h. n.* Porro dividit Vallens. *hic num. 4.* Instrumenta publica, quod alia sint judicialia quæ apud acta in judicio fiunt iudice auctore, & alia extrajudicialia, quæ fiunt in contractibus extrajudicialium à Notario ad hoc specialiter requisito, quia si rogatus non fuerit, instrumentum reputabitur privatum, quæ etiam causa est, quod Notarii semper id apponere soleant, quod nimirum rogati subscripserint.

Ad num 9 in fin. adde: Ubi notandum, quod apocha sic scriptura quædam, qua creditor fatetur sibi solutum debitum, vulgò quietantia.

Sed dices: ergo acceptilatio & apocha sunt idem, quia in acceptilatione etiam creditor fatetur sibi solutum esse. *Re.* Est: hanc disparitatem, primo, quod in acceptilatione dicat sibi satisfactum esse, cum tamen nihil solutum sit, sed habeat pro eo, ac si solutum esset; in apocha autem dicit sibi solutum esse, quod verè etiam est solutum, & ideò secundo per acceptilationem liberatur debitor, licet pecunia soluta non sit, quia creditor illam habet pro soluta, per apocham verò non liberatur debitor, nisi pecunia sit soluta, quod patet sufficienter ex eo, quod illi,

qui spe futuræ solutionis apocham dedit intra 30. dies, exceptio privilegiata competat, de qua in *l. 14. §. super cate. ris 2. C. de non numer. pecun.* Antapocha est, quando debitor fatetur per scripturam se creditori solvisse, & habet locum in præstationibus annuis, ut creditor hoc modo probare possit sibi annuè solutum esse, & sic impedire præscriptionem, formulam ejus tradit hic Vallens. Fateor me tantum pensionis, aut interesse nomine solvisse.

Syngrapha est scriptura, quæ quis fatetur se alterius debitorem.

Liber rationum est, qui continet data & accepta.

Epistola est scriptura, quam absens mittit absenti.

Ad num. 11. ad fin. adde: Quæres, quomodo instrumenta produci debeant? *Re.* Parte ad hoc citatâ, in judicio, & quidem post litem contestatam ea produci debere, etiam post publicationem testium usque ad rotulum seu conclusionem in causa. *cap. 9. h. t.* cujus contrarium in testibus obtinet, qui post publicationem amplius produci non possunt propter metum subornationis, qui in instrumentis subesse non potest.

Quæres 2. An instrumenta producipossint post conclusionem in causa. *Resp.* regulariter quod non, quia per conclusionem in causa omnibus probationibus est renunciatum, nisi tamen Judex ea admitti velit, judici enim nunquam concluditur in causa. *Gloss. in cap. 10. h. t.* Velsi producens instrumenta juret, quod ante conclusionem de iis nihil sciverit. *cap. pastoralis inf. de*

D

Except.

Except. Idem est in causa matrimonii, ubi periculum peccati facit sententiam nunquam transire in rem iudicatam. *Gloss. in cap. 7. inf. de re iudic.* Quod etiam obtinet in criminalibus favore defensionis. Sic etiam in causa appellationis possunt instrumenta produci, quæ in priori instantia ubi in causa erat conclusum, producta non sunt. *DD. ad l. per hanc C. de tempore appell.* Possunt autem instrumenta etiam quandoque produci antelitem contestatam, si scilicet in libello eorum sit facta mentio, & in illis actor suam intentionem fundet, tunc enim una cum actione adversario sunt edenda. *L. 2. §. 1. & fin. ff. de edend.*

Quæres 3. Qualiter & cui edi debeant instrumenta? *Re p.* Originalia esse edenda, uti supra dictum, Judici, & quidem totum instrumentum edendum exhiberi parti copiam, & hoc ita in Actore, Reus contra actori instrumenta contra se edere non tenetur. *L. 4. C. de edend.* Nisi tamen instrumenta sint communia, neque obstat, quod reus excipiendo fiat actor, quia licet id verum sit, est tamen actor tantum necessarius & invitus, utpote in cuius potestate non est quando conveniatur. *L. pure §. ult. ff. de doli mali except.* Aliis in regula instrumentum tertio edendum non est, nisi ejus inter sit, & de eo Judici summarie constet, quia tunc sicut testis cogi potest ad testimonium dicendum, ita etiam pars ad exhibendum instrumentum, quod in eo casu est pars probationis. *L. quadam §. fin. & in l. 2. Cod. de edend.* Idem favore specialis Fisci & Reipublicæ, nec non

in odium contra usurarios receptum est. *L. 2. §. item divi ff. de jur. Fisc. Clement. 1. §. ceterum de usur.*

A D T I T. XXIII.

De Præsumptionibus.

Ad num. 1. in fin. adde: Unde fictio est fallitatis indubiæ pro veritate; ex iustâ aliqua causa assumptione ex legis dispositione semper præcedens, directè probationem in contrarium non admittens. *Vallens. hic. nu. 4.* quæ regulariter in præsumptione contra obtinent, utpote quæ probationem saltem indirectam semper in contrarium admittit, ut una potentior nimirum alteram infirmiore tollit, & cum alia præsumptione concurrere potest, quod fictio non admittit, ne duo specialia concurrant.

Ad num. 5. in fin. adde: Dices, reus non debet indefensus condemnari, ergo præsumptio juris & de jure debet admittere probationem in contrarium, quia certum est, quod reus maneret indefensus, si contra ejusmodi præsumptionem non admittatur probatio. *Resp. 1.* Talem reum censeri de jure nullam habere posse probationem in contrarium, ergo non potest dici quod maneat indefensus, cum illi nulla defensiones competant. *Resp. 2.* Distinguendo consequens, debet admittere probationem in contrarium directam nego, indirectam concedo; sic etenim admittitur notorium permanens, & confessio partis adversæ, v. g. præsumptio juris & de jure est, quod si mulier metu inducitur in veritatem matrimonium, cohabitatio diurna faciat præsumptam

eam

eam in matrimonium consensisse, si tamen probetur postea ipsam etiam cohabitationem non spontaneam fuisse, sed vi vel metu extortam, indire&ta admittitur probatio super durante nullitate matrimonii.

Ad num. 11. circa finem post verba haec: de frigid & malef. adde. Dices, praesumptio est fallibilis, ergo ex illa in causa criminali non potest fieri sententia contra reum. Resp. nego consequentiam, & retorqueo, etiam conforme dictum duorum testium in judicio est fallibile, possunt enim dicere falsum, & tamen nemo negaverit ex illo Judicem procedere posse ad ultimum supplicium.

Instabis: Si ex praesumptione juris tantum Judex possit procedere ad ultimum supplicium, illa deberet aequivalere plenae probationi, atqui non aequi valet illi, ergo. Min. probatur, ut aequi valeat plenae probationi debet valere tantum, quantum valent duo testes omni exceptione majores, atqui tantum non valet, quia per duos testes tollitur praesumptio & probatur contrarium, ergo. Resp. praesumptionem juris valere tantum, quantum duo testes valent, quamdiu non est elisa, & ideo proprie probatio non est, sed tantum loco probationis, a deoque non est mirum si superveniat vera probatio, quod illa faciat praesumptionem cessare & elidi.

Instabis. 2. Ergo non erit differentia inter praesumptionem juris tantum, & praesumptionem juris & de jure simul, quia utraque fundatur in comperto. Respond. esse differentiam,

quia in praesumptione juris & de jure simul Judex potest statim ferre sententiam; in praesumptione juris tantum, id facere statim non potest.

Ad finem numeri undecimi adde: Quæres tertio, An praesumptio allegari debeat? Resp. praesumptio juris si versetur circa factum proprium alleganda est, sicut qui olim fuit Dominus, praesumitur etiam hodie Dominus. Menoch. de praesumpt. lib. 1. q. 48. Si vero praesumptio oriatur ex facto alterius, vel circa ejus factum versetur, illa alleganda non est, prout etiam necessè non est ut allegetur, si praesumptio juris oriatur ex facto utriusque, cujus exemplum habetur in cap. Affert. h. t. Ubi praesumptio una erat pro vera matre, quia volebat dividi infantem, altera praesumptio stabat contra fictitiam matrem, quæ volebat ut puer divideretur; quo tempore autem praesumptio sit alleganda, vide Menoch. lib. 1. quest. 50. Ubi inquit, quovis tempore eam allegari posse, neque ad conclusionem in causa, sive ad rotulam.

AD TIT. XXV.

De jurejurand.

Ad num. 58. in fin. adde: Ubi notandum, quod juramentum aliquando sit nullum, aliquando simpliciter sit servandum, aliquando autem confirmet actum.

Nullum est, si contineat iniquitatem ex parte jurantis, uti si jurem me velle adulterium committere, vel patriam prodere, & tunc contraveniens tali juramento, quod per se servare non tenetur, non sit perjurus.

Simpliciter servandum est, si ex parte illius continet iniquitatem cui juratur, uti si quis juret se velle solvere usuras, & tali juramento contraveniens fit perjurus, ut juramentum istud omnino sit servandum non vi actus seu promissionis, sed vi juramenti, & ita dicitur in cap. 6. h. t.

Actum confirmare dicitur juramentum, quando actus in se est nullus, si autem juramentum actui isti accedat, actus iste saltem per indirectum confirmatur, quod plerumque contingit in actibus illis, qui ob privatam utilitatem principaliter sunt prohibiti, sic si mulier jurato alienet fundum dotalem, alienatio ista confirmatur, lege ita statuente, *auth. Sacramenta puberum Cod. si advers. vendis. & l. 1. ibid.* Ubi iterum advertenda distinctio, quia si juramentum confirmet actum, tunc alteri non tantum vi juramenti jus acquiritur, sed etiam vi contractus, ut licet juramentum quoad vinculum si si relaxetur, maneat tamen adhuc obligatio ex justitia ligans in conscientia jurantem, sicut & heredem ejus, quæ aliter se habent in casu ubi juramentum simpliciter est servandū, quia tunc relaxatio juramento, jurans ad nihil amplius tenetur, quia alteri nullum jus fuit quaesitum, & per consequens subsequente relaxatione jurisjurandi in quo tota vis obligationis residet, omne debitum extinctum est, neque etiam ejusmodi obligatio heredem ullo modo ligat, quia cum juramentum sit vinculum merè personale, subtracta personā jurantis, nullus est qui teneretur, defunctus non, cum ipsum excuset impossi-

bilitas pro nunc juramentum implendi, hæres non, quia ipse ex defuncti promissione, quæ planè, præscindendo à juramento, nulla fuit, obligari non potuit. Vide Dominum Schambogen ad §. II. *Instit. de Actionib.*

Ad num. 69. in fin. adde: Unde juramenti violatio semper est peccatum mortale. Sed obstat *cap. verum 15. in fin. h. t.* ubi si qui juramenta metu extorta non attenderint, ob hoc non sunt tanquam pro mortali crimine puniendi, ergo. Resp. Glossa dicit non esse puniendos de directo perjurio, vel meliùs, non sunt puniendi concedo, ergo non committunt peccatum mortale, nego.

Ad num. 70. Statim in principio post hæc verba, *possit esse venialis, adde:* Antequam respondeam ad quaestionem notandum, quod in juramento promissorio dux affirmantur veritates, una de præsentis primaria, quæ habet animum implendi id quod promittit, altera secundaria de futuro, quod sit impleturus. Jam respondeo, si sit defectus primæ veritatis, semper est peccatum mortale, etiam si jurans dubitet an sit facturus, vel si putet mortaliter sibi impossibile esse quod promittit, quia quoad istam veritatem præsentem juramentum promissorium ab assertorio non differt. Quoad secundam veritatem v. g. si quis juraverit se nolle minori pretio vendere, vel nolle primam locum occupare, speculative videtur quod etiam peccet mortaliter, nihilominus probabiliter teneri contractum inquit Basenb. *lib. 3. tract. 2. c. 2. dnb. 5.* Illud certum est, si ex eo quod

jurati

jurasti tantummodo, parum aliquid non serves, non esse grave. v. g. jurasti non habiturum vinum, non peccas mortaliter parum bibendo, quia tunc excusat parvitas materiae. Et sic excusantur qui jurant servare statuta alicujus Collegii, si postea parvum aliquod statutum violant, sic etiam, qui ex summa quam alteri se daturum juravit, parum detrahit, venialiter tantum peccat. Alias Navarra omnino tenet contrarium, & dicit contravenientem juramento promissorio nunquam peccare mortaliter.

Ad nu. 79. in fin. adde: Hic tamen notandum, quod absolutio à juramento ad effectum agendi, requirat citationem illius, in cujus gratiam pars juravit. *Trivis. l. 1. de cis. 64.*

Ad nu. 83. in fin. adde: Exemplum si quis promississet Caja diviti, sana, bonae famae matrimonium cum juramento, non tenetur si illa fiat pauper, infirma, mala fama.

Ad n. 84. in fin. adde: Objicies, volere infamare & proferre verba infamatoria sunt idem, ergo etià jurare, & proferre verba juratoria sunt idem. Resp. nego consequentiam, quia in antecedenti totum consistit in prolatione verborum, non etià in nostro casu, ubi Deus cognoscit animum & intentionem hominis jurantis, homo autem capit verba injuriatim pro ut sonat vid. *P. Kichl. d. 9. sect. 6.*

Objicies 2. qui scit alterum fidei jurasse, potest in conscientia retinere, ergo solus consensus exterior illum obligavit. Resp. Nego antecedens, nisi dicas per modum poenae id fieri, de quo textus non est. Taliter autem jurato-

ria verba proferens, lege veracitatis implere non tenetur, & Judice interrogante potest respondere, se non jurasse. *P. Kichl. d. 10. 10. qui d. sp. 10. sect. 11.* addit, quod promissorium juramentum ut juramentum est, inducat ex natura sua obligationem religionis, non justitiae, quia ex natura sua tantum petit, ut ex reverentia erga Deum, id facias, quod jurasti, & hoc posse fieri sine obligatione justitiae demonstrat ex juramento comminatorio, & solvendis usuris.

Ad num. 85. ad haec verba, sic multa leguntur in sacra Scriptura; adde: Causa justa utendi his amphibologiis est, quoties id necessarium aut utile est ad salutem corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum, ita ut veritatis occultatio censetur tunc esse expediens.

A D T I T. XXV.

De Exceptionibus

A*D num. 2. in fine adde:* Ubi quaeres primò. An Exceptio personalis competat hæredibus. Resp. eam nec fidejussori competere, nec obstat eam competere defensori, quia in primis quoad fidejussorem est differentia, quod is conveniatur ex propria & alia obligatione, quam principalis, cujus personam fidejussor non repræsentat, & licet hæres sit eadem persona cum defuncto, tamen ipsi exceptio personalis nequaquam prodest, sicut prodest defensori, quia defensor repræsentat personam alterius vivi, hæres autem mortui,

tui, & sic eo tempore vellet uti privilegio, quo illud jam extinctum est & cessat, defensor autem in illo tempore utitur quò durat adhuc privilegium. Neque obstat si dixeris hoc modo privilegium personale quod fideiussori non prodest, nec prodesse principali, cum Fideiussor excussus regressum suum habeat contra principalem, sicut potest esse casus in materia competentia, quæ exceptio postea fideiussori opponi non potest. Respondetur, quod verum sit fideiussori directè non prodesse similem exceptionem personalem, id est, quod fideiussor conventus non possit in persona propria eam opponere, prodesse tamen ipsi per indirectum, hoc est, quod Fideiussor conventus denunciare debeat suo principali se esse conventum, & petere ut is in iudicio compareat & causam defendat, quo facto principalis in iudicio comparere tenetur, & protestari ne fideiussor excutatur, cum suâ intererit ipsum non excuti, & hoc modo salvabitur etiâ fideiussor, qui si denuntiatione negligat facere, damnâ quod postea patitur, suâ debet facilitati imputare.

Quæres secundò. An Exceptio moratorii prodest fideiussori? Resp. quod sic, ratio, quia aliàs esset inutilis ipsi principali, cum fideiussor excussus directè conveniret principale, qui illi obijcere cum effectu non potest moratorium, quod quidem competit cõtra creditores respectu moratorii anteriores, non autem quoad creditores posteriores, qualis est fideiussor, qui primò creditor fit per solutionem. Quibus nihil obstat, quod cessionis beneficium non

prodest fideiussori, quia fideiussor in illum casum accipitur, qui fortè debitor cedat bonis, ut mirum non sit, eo in casu beneficium hoc tunc personale esse, neque transire in fideiussorem § *fin. In sit. de replicat.*

Ad num. 5. in fin. adde: Judex ad proponendas Exceptiones dilatorias debet certum terminum statuere, post quem reus eas opponens non est audiendus, nisi in tribus casibus exceptis, ita Gonzalez ad cap. pastoral s. 4. h. t. Notandum tamen, quod Exceptio excommunicationis etsi dilatoria sit, possit opponi in quacunque parte litis, ideoque à quibusdam dicitur esse anomala. Gonzal. ad cap. Exceptionem 12. h. t.

Ad num. 9. in fin. adde: Et observandum, quod si reus excipiat de excommunicatione actoris, non obstat reo replicatio de communicatione cum excommunicato actore, ita Gonzal. ad cap. à nobis 2. h. t.

Potest etiam excommunicatus pro Ecclesiæ suæ defensione opponere contra Electum, excommunicationis exceptionem, nec repellatur simili excommunicationis replicatione. Gonzal. ad cap. dilecti 8. h. t.

A. D. T. I. T. XXVI.

De Prescriptionibus.

Ad num. 4. circa finem ante hæc verba, & hoc quoad res immobiles: *adde:* Per tricennalem possessionem loca unius Diocesis præscribuntur ab alio Prelato ipsius Provinciæ. Gonzal. ad cap. 3. h. t.

Paro-

Parochus per 40. annos præscribit jus quartæ decimarum, & mortuario- rum contra Episcopum, nec minori tempore quàm 40. annorum contra Ecclesiam præscribitur. Gonzal. ad cap. 4. h. t.

Ad num. 6. in fin. adde: Probatâ autem interruptione præscriptio cessat. Gonzal. ad cap. illud autem 8. h. t. Sic etiam tempore hostilitatis, vel cum in judicio agi non potest, cessat præscriptio. Gonzal. ad cap. 10. h. t.

AD TITUL. XVII.

De Sententia & re judicata.

A *Dnu. 2. in fin. adde:* Ubi sciendum, sententiam prout supra insinuatum est, duplicem esse, aliam definitivam, & aliam interlocutoriam Definitiva est iterum duplex, absolutoria & alia condemnatoria. interlocutoria eodem modo duplex est merè interlocutoria, & alia habens vim definitivæ. Illa est quæ prolata non facit præjudicium irreparabile, & potest ab eodem judice revocari: hæc autem est, quæ parit præjudicium irreparabile, id est tale, quod per definitivam emendari, aut reparari non potest, v. g. si Judex minorem petentem restitui in integrum, pronuntiet eum non esse minorem,

Sunt & alix inter utramque differentix, sic definitiva revocari non potest, quia Judex est functus suo officio, ne quidem quoad accessoria, expensas nimirum aut fructus, cum sequantur naturam principalis, modò tamen sententia definitiva sit valida, &

enim nulla sit, tunc idem Judex eam revocare potest, & denuò cognoscere potest, c. 24. h. t.

Merè interlocutoria autem revocari indistinctè potest, etiam post appellationem interpositam, & quidem ab eodem Judice qui eam tulit, eò quod in merè interlocutoria Judex à quo retineat jurisdictionem, cap. cum cessante *inf. de appellat.*

Dices jus parti quæsitum non potest ei auferri, ergò Judex non potest revocare interlocutoriam sententiam alterâ parte invitâ, quia jus quæsitum est alteri parti per lapsum decem dierum. Resp. Jus parti quæsitum irrevocabiliter invitâ parte tolli non potest, concedo, revocabiliter quæsitum non potest tolli, nego. Et dat hujus rei paritatem Vallens. h. t. §. 2. n. 6. dum inquit, quod etiam in donatione mortis causâ & contractibus innominatis parti jus quærat, & tamen alteri adhuc pœntere liceat, & hoc modo jus quæsitum tollatur. Interlocutoria igitur revocari potest tam expressè quàm tacitè, veluti si Judex testem, quem pronuntiavit non admittendum, postea admittat, dictum suum tacitè revocasse dicendus est, quod etiam Judicis successor, & Judici appellationis licere statuitur in cap. solum & cap. fin. de appellat. in 6. & tandiu revocari potest, donec executioni mandata non fuit, cum illo casu res non sit amplius integra. Aliter adhuc differunt, quod sententia definitiva debeat ferri in scriptis, cum interlocutoriam sufficiat recitari sine scripto. *L. fin. C. comminat. Epistol.* Item definitiva ferri debet servato juris ordi-

dine & citatâ parte absente, alâs sententia ipso jure est nulla cap. 18. h. t. & cap. 2. de dolo in 6. Quæ in interlocutoria secus obtinent, in qua nec opus juris ordinem tam strictè observari, neque ut utraque pars citetur, sed tamen sine hoc sit valida. Vide Rebuff. in L. quod in ff. de re judic. versic. *capiamus*.

Ad num. 11. in fin. adde: Ubi observandum, si plures sint Judices ejusdem litis, omnes proficere sententiam debent, aliâs si unus abesset, sententia foret nulla, L. 27. §. 4. ff. de arbitr. potuisset enim alios trahere in suam sententiam. Si verò omnes adsint quidem sed inter se dissentiant in condemnatione, & diversas summas ponant, stabitur minimâ, si verò duo absolvant, duo condemnent, tum reo potius est favendum, cap. fin. h. t. quæ ita obtinent in Judice ordinario, nam si sint plures delegati & vota paria in dissentiendo, tum delegantis judicis est unam quam ipse vult eligere & confirmare d. cap. fin. & l. 28. ff. de re judic.

TITUL. XXVIII.

*De appellationibus, Recusat.
& Relat.*

AD num. 12. in fin. adde: Etiam non appellatur in crimine falsæ monetæ, læsæ Majestatis l. 1. C. de falsa mon. & l. Constitution. h. t. Neque in crimine hæresis, aut raptu virginis s. ut inquisitionis de hæres. in 6 l. unica §. *si autem*. Cod. de raptu virginum. in quibus tamen criminibus appellari potest ante sententiam.

Sic etiam Officialis Judicis condemnatus propter illa quæ gessit in officio, non potest appellare l. nulli Cod. quor. appellat. non recip. Sicut nec appellatur à sententia lata in causa decimarum cap. *Tua nobis inf. de decima*, neque à sententia quando quis expressè vel tacitè renuntiavit appellationi, tacitè censetur renuntiasse, quando appellans gerit actum aliquem judicialem coram Judice à quo in ea causa, cap. gratum, ubi Abbas num. 6. sup. de offic. deleg. & l. 2. C. quor. appellat. non recip.

Ad num. 23. in fin. adde: Ubi quæres, an etiam in Appellatione extrajudiciali petendi sint Apolloli. Resp. cum distinctione, vel Judex extrajudicialiter procedit, & ab eo appellatur, & in hoc casu oportet eos petere, quia est qui illos dare possit, vel appellatur à parte, & tunc necessariò petendi non sunt, cum nullus sit qui eos dare possit. Scaccia de Appellat. q. 13. art. 2. n. 32. qui tamen addit, tutius esse etiam tum petere sub hac conditione, si sit qui dare possit.

FINIS LIBRI II.

AD LIBRUM TERT.

TIT. I.

De honestate & vita Cleric.

AD num. 8. in fin. adde: Ubi notandum, si fœmina utatur veste virili,

rili, vel contra, tantum ex levitate, sine prava intentione, periculo scandali & libidinis, veniale est; aliàs mortale; nullum verò si ex necessitate. Busenb. lib. 2. tr. 3. cap. 2. dub. 5. art. 2.

Mulier quæ scit in se, vel in sui aspectu aliquem in particulari scandalizandum, mortaliter peccat, si datâ operâ ei se conspiciendam offerat, adeoque potest & debet non tantum publico, sed etiam sacro abstinere die Festo *se-mel atque iterum* ad peccatum illud evitandum. Id. ibid.

Mulier, quæ ex ornatu etiam conveniente statui suo probabiliter videt aliquem in particulari lapsurum mortaliter, tenetur ad *breve tempus* eum dimittere, vel talis conspectum fugere &c. Id. ibid. Ubi etiam quod peccent mortaliter, quæ denudatis uberibus incedunt, nisi consuetudo excuset à mortali.

In vestitu quoad Clericos observatur. 1. Ut honestus sit. 2. Ad usum loci, in quo vivitur, accommodatus. 3. Ut professioni paupertatis non repugnet, vel saltem quod omninò non recedat. *Constit. p. 6. cap. 2. n. 15.*

Regulas modestiæ pulcherrimas lege in *Regulis pag. 143.*

Vestis non sit virgata, id est: in qua diversi coloris virgæ ducantur; nec partita, seu dissecta. Busenb. lib. 4. c. 2. dub. 4.

Clerici à vestibus flaxis & pomposis, habitu inhonesto, & nimio ornatu debent se abstinere. Gonz. ad cap. *Clericis* 15. h. t.

Ad num. 11. in fin. adde: Prohibentur iis etiam Medicorum & Chirurgo-

rum artes, ubi opus incisione aut adustione, nisi erga pauperes, aut propinquos, aut in necessitate. Busenb. lib. 4. c. 2. dub. 4.

Si transgrediantur Clerici in recessis h. t. ait Navarra non esse mortale, si absit temeritas, contumacia, contemptus & scandalum. Nec refert, ait, quod sit excommunicandus, quia hæc poena est ferenda, quam non nisi contumax post monitionem incurrit. Alii dicunt mortale, maximè si habitum & tonsuram absque causâ notabili tempore non deferant. &c.

Ad num. 12. adde: Ludi theatrales etiam prætextu consuetudinis in Festivitatibus Domini nostri, aut Sanctorum ejus, fieri in Ecclesiis non debent. Gonz. ad cap. *cùm decorem* 12. h. t.

AD TIT. II.

De Cohabitatione Clericorum
& Mulierum.

Ad num. 1. in fine adde: Si Clericus domi suæ alat mulierem suspectam, etsi absit omne peccatum, & peccati periculum, facit scandalum aditum per accidens, quia interpretativè & indirectè tantum causatur alterius peccatum. Facit enim id, quod scit natum esse inducere alterum hinc & nunc ad peccatum. Scandalum verò aditum per se dicitur, quando directè intenditur alterius ruina, v. g. Si adulter alienâ sollicitet ad adulterandum. Scandalum verò dicitur peccatum occasionatum, præbens alteri occasionem ruinæ spiritualis ob dictum, vel factum, vel omis-

sum minus rectum. Scandalum autem passivum est ipsa ruina, seu peccatum, in quod labitur proximus occasione alterius. Quod dividitur in *datum*, quod oritur ex activo. Et in *acceptum*, quod oritur ex ipsius sumentis malitia. Quale erat Pharisæorum in Christum, unde & pharisaicum dicitur. Busenb. *lib. 2. tr. 3. c. 2. dub. 5. art. 1.* ubi plura.

Ad num. 2. in fin. adde: Clerici non debent secum in domo retinere mulierem suspectam de incontinentia, etiam si sit mater vel soror. Gonz. ad cap. *inhibendum* 1. h. t.

Clerici concubinarij per suspensionis, excommunicationis & depositionis beneficij pœnas cogendi sunt concubinas dimittere, eas autem abjurare compelli non debent. Gonz. ad cap. *si autem* 6. h. t.

AD TIT. III.

De Clericis conjugatis

Ad num. 3. in fin. Hinc Alexander VI. dispensavit cum Cæsare Diacono Cardinali, ut uxorem duceret, item cum Domino Antonio Lusitano Priore de Otrato Ordinis Militaris Sancti Joannis dispensatum fuit, qui & postea in Gallia nupsit, Item ad instantiam Philippi II. Regis Catholici cum Archiduce Alberto Diacono Cardinali, ut duceret uxorem Elisabetham Castellæ Infantem. Rursus Clemens VIII. dispensavit cum Roderico Entiquez Diacono & Archidiacono Matriti. Et Paulus V. cum Francisco Chacon Archidiacono Toleti, &

cum Lupo de Mendoza Subdiacono. Ita Franc. de Arauxo. *De Stat. Eccl. Tract. 2. q. 19. n. 29.* qui n. 30 tenet, non requiri ad hanc dispensationem causam publicam, sed sufficere privatam, imò dispensationem esse validam, licet causa non sit.

Ad num. 4. in fin. adde. Objici solet Can. volumus. 24. *dist. 81.* qui ait: Volumus ut Sacerdotes prohiberi debeant, ne cum mulieribus conversentur, exceptâ duntaxat matre, sorore, vel uxore, quæ castè regenda est. Intellege vel juxta priora tempora, vel de uxore, quæ senex & votum castitatis emisit, ut non sit periculum. Gl. Unde additur: quæ castè regenda est.

Objicit Can. *Presbyter* 9. *dist. 28.* qui habet: Presbyter si uxorem duxerit, ab Ordine suo illum deponi debere. Quod si fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit, extra Ecclesiam abjici, & ad pœnitentiam inter laicos dirigi oportet. &c. Si uxorem duxerit de factò, non de jure.

Dices: ergò deberet gravius puniri, quàm fornicator, quod tamen non fit. Respondeo posse dici, quod gravius puniatur, quia depositio est vera pœna & perpetua, excommunicatio tantùm medicinalis.

Resp. 2. Negando illatum. Quia non procedit argumentum in pœnali-bus. Ratio: quia prius non fit frequenter, sicut fornicatio. Sumptâ instantiâ à similitudinaria bigamia.

* * *
* *

AD

AD TITUL. IV.

De Clericis non residentibus

Ad num. 2. in medio post haec verba c. fin. de Rescript. in 6. Adde: Franc. De Arauxo disp. xi. q. 2. n. 33. De stat. Civili, ait, non esse ad eod certum talem residentiam esse de jure Divino naturali, eò quòd Trident. hoc clarè non definiverit, sed potius magis recommendaverit, uti patet in sess. 6. de Reformat. sess. 23. de Reformat. cap. 1. Quia nullibi additur de propria persona, cum munia illa pascendi absolute & simpliciter ab absente impleri possint per alium. Sicut Paulus pascebat per Epistolas Corinthios, Romanos, Ephesinos, ubi non residebat. Et Pontifex Romanus pascebat. Quamvis ut bene & competenter fiant, petant residentiam personalem, ut sit valde conformis juri Divino & naturali. Unde & in toto hoc titulo non fit mentio juris Divini. Et hinc frequenter solet & potest Ecclesia in hoc dispensare. Posito autem quòd sit, adhuc potest fieri propria dispensatio. Quia DEUS congruenter, ne Ecclesia deficeret in necessariis, reliquit Petro & successoribus delegatam potestatem dispensandi in praeceptis Divinis & naturalibus, quòd materia ob necessitatem vel justam causam potest honestari (quòd spectat praeceptum residendi,) & ab indecentia & inconvenientibus vindicari. Idem de stat. Eccles. q. 32. n. 40. probat. Munus Episcopale & matrimonii cujusdam spiritualis. Ergò propter vin-

culum hoc non licet Episcopis multum aut diu abesse à suis Ecclesiis. à pari; cum sit fortius carnali. Item Petrus se projecit in mare, ut denotaret teste Bernardo lib. 2. de Considerat. quòd in toto mundo debeat praesse. Discipuli nam egrediuntur ad significandum assistentiam, quam in suis Ecclesiis particularibus habere debeant.

Ad num. 9. in fin. adde. Canonici qui sunt in servitio Episcopi, tanquam residentes percipiunt fructus suarum praebendarum, praeter distributiones quotidianas. Gonz. ad cap. de cetero. 7. h. t. Fagnanus.

Si patitur Ecclesia Ministrorum defectum, privilegiati super absentia per subtractionem proventuum beneficii residere coguntur. Gonz. ad cap. Cura ad hoc 16. h. t. Fagnanus.

Absens studiorum causa fructus beneficii percipit, non quotidianas distributiones. Gonz. ad cap. liceat 32. de Praebend. Fagnanus.

A D T I T. XVII.

De Emptione & Venditione.

Ad num. 10. in fine adde. Alii dividunt Censum in *Resignativum*, dum quis rem suam in alium transfert, reservando pensionem, & *Consignativum*, dum quis alteri hoc jus percipiendi vendit, qui rursus vel fundatur in tantum, & *realis*; vel in persona, & *personalis*; vel in utroque, & *mixtus* dicitur. Item alius *fructuarius*, dum quis ad fructus; alius *pecuniarius*, dum quis ad pecuniam obligatus est. Bonac.

nae, in verb. Censurarius, Obligatus ad Censum dicitur *Censurarius*, qui illum accipit, *Censualista* vel *Censitor*.

Quod Census sit licitus probatur: *Ustru&us* potest emi. *ff. de peric. & commod. rei vend. l. 8. §. fin.* ergo Census saltem *fructuarius*. 2. Quia est merx, computatur enim inter immobilia. *Clem. exivi §. cumque de V. S. L. jubemus C. de ff. Eccles.*

Dices: Pecunia non potest esse sui ipsius æstimatio. Resp. ex instituto 1. Concedo. Ex secundo & improprio nego. Patet in permutatione unius pecunie cum altera. 2. secundò, Emi jus, non pecuniam.

Dices: Est mutuum interpretativum. Resp. Neg. Quia in mutuo principalis est obligatio ad sortem, secundaria ad usuras: Hic tantum principalis obligatio ad annuam pensionem. *Cov. var. resol. 3. c. 7. n. 2.* Ex quo pretere n. 6. Observa, quod actio Hypothecaria in *Censu mixto* principalis ceteri debet, ut quilibet possessor eam conveniri possit, neque obstat exceptio Ordinis, ut prius excuriatur Censum constituens: quia hæc reditus constitutio hypothecam inducit fortiolem alii quo ad hunc effectum, absque tamen priorum Creditorum præiudicio: possunt tamen Censitores omisso possessore fundi hoc casu etiam agere adversus constituentem, vel hæredes ejus, licet non possideant. Aliter se habet in Censu merè reali, in quo semper possessor convenitur, & pereunte fundo perit Census.

Census personalis utrinque redimibilis licet sit, non transit in mutuum,

nam mutuum omni personæ dari, omni casu repeti potest. Census autem personalis ex utraque parte redimibilis tanquam fundamentum requirit personæ industriam, lucrandaque facultatem, quo sublato fundamento, puta si mercator vel Opifex *sine culpa sua*, nullum pluribus annis lucrum capiat, vel opificio, negotiatione spoliatur, corrumpit Census personalis, neque pensiones exigi possunt. Nisi alio adjecto contractu, scilicet a securacionis, fulciatur, ut re pereunte adhuc obligatus sit, vel in alia re constituatur, modò pretium Census augeatur, vel pensio minuat, argumento societatis. Igitur in eo essentialiter differt Censualis contractus à mutuo usufructuario, quod ille certum fundamentum requirat, in quo fundatus sit, cum sit jus percipiendi redditus annuos ex alicujus fundo, negotiatione, opificio &c. certo pretio comparatum; eoq; fundamento *penitus ruente*. Puta si venditor Censûs, ejusve hæredes nullos annuos redditus habere incipiant, contractus Censualis nullum amplius locum habere potest, quamvis aliquando ob adjectum a securacionis pactum fors repeti queat. Contractus verò mutui cum quacunque persona rectè instituitur, ut etiam ad hæredes & eorum heredes transmitatur obligatio sine ullo ordine ad requisitum aliquod fundamentum. *Laym. l. 3. tr. 4. cap. 18.*

* * *

**

AD TIT. XIX.

De Rerum permutatione

AD num. 11. in fine adde. Quæres. Cur Capitulum sede vacante possit consentire in permutationem, Vicarius Generalis autem non? Resp. Quia Capitulum in omnem jurisdictionem succedit, Vicarius Generalis non habet omnem. 2. Quia adhuc adest hoc casu Episcopus, qui consentire possit, sede autem vacante non adest. Ergo.

AD TIT. XX.

De Feudis.

AD num. 3. in fine adde. An Prælati feudum reversum ad Ecclesiam sine consensu Capituli reinfundare possit? Distingunt aliqui juxta naturam primæ infundationis. Respondetur affirmative absolute. Quia c. 2. h. t. dicitur, quod liberè reinfundare possit Prælati, id est sine altero. Ergo. Vide Curt. Jun. fol. 93. Quæres, quando dicitur feudum plenè reversum? Resp. Quando Prælati illud rursus incorporat rebus Ecclesiasticis. Alias sententias vide apud Curt. Jun. Tract. feud. fol. 115. & seqq.

AD TIT. XXI.

De Pignoribus & aliis Cautio-
nibus.

AD num. 9. in fine adde. in cap. illo vos. 4. h. t. Hic casus est. Primus de

dit quasdam terras. 2. pro 23. libris auri. Secundus apposuit pactum, ut, si sibi displicerent hæ terræ, posset eas intra duos annos reddere, ita tamen ut fructus computaret, & primus illos posset in pretio defalcare; E contra autem pro 23. libris cogere tur dare 26. libras. sive 60. solidos ultra summam perceptam. Hinc deciditur esse hic Contractus potius pignoris, quia in pignore fructus imputantur in sortem, & usurarius, quia etiam alias secundus exercere usuras consuevit.

AD TIT. XXIV.

De Donationibus.

AD num. 9. in fine adde. Requiritur acceptatio. l. 10 ff. h. t. Acceptatio autem vel ante, vel post donationem, vel ab ipso, vel ab alio ejus nomine fieri potest. Sic Princeps anticipato acceptavit donationes Reipublicæ faciendas ff. de Polliciti. P. Kichl. disp. 12. §. 1. Quod verum si pollicitatio fiat ob honorem decretum, vel decernendum. d. t. l. 1.

Obii. c. Si tibi absenti. De Præbend. in 6. Respondet quod, Papa anticipato acceptaverit designatorem personæ faciendam, ita ut Episcopo non sit liberum revocare, nisi persona consentiat. Ita P. Kichl. Vel dic id fieri, quod Clericos dedecet variatio & mutabilitas.

Requiritur acceptatio etiam iure naturæ. Quia omnis promissio supponit conditionem, si alteri sit gratum. 2. Quia aliàs qui inscius posset fieri

Dominus totius mundi. Id. ibid. 3. In onerosa omnes admittunt, ergo etiam in gratuita.

Dices: Donatio à DEO facta, v. g. Creaturarum, facit hominem statim Dominum. ergo. Resp. DEUM supplere acceptationem hominis. Et licet res sola voluntate admitti possit, non tamè acquiri, cum facilius quid destruat, quam producat. Sic nec in condonatione injuriæ alter jus acquirat ante acceptationem. Hoc observandum, quod jus alterius in me transferre possum sine consensu ejus, via satisfactionis, non via contractus. Vid. eund. ibid. f. 2.

Promissio autem obligat juxta voluntatem promittentis, vel ex fidelitate vel ex justitia, quo secundo casu transit in pactum. Habet autem fidelitas aliquid plus, quam veracitas; hæc autem tantum obligat, ut taliter sentiam, qualiter loquor; illa ut etiam factam. ibid. f. 4.

A D T I T. XXVI.

De Peculio Clericorum.

AD Num. 3. in fin. adde. Observandum quod divisio hæc in 4. partes per Simplicium Papam facta circa annum 470. circa tempora S. Aug. ex quo tempore unusquisq. cœpit habere dominium suæ portionis. Ante enim omnia in unum cumulum congregabatur, & Episcopus distribuebat singulis prout ratio exigebat, ob cujus fortè minus rectam dispensationem, hæc divisio introducta. Ita Franc. De

Arauxo, *Tract. 2. q. 19. n. 46.* ex Soto. Unde & sententiam propugnat, quod ad restitutionem non teneantur. Adde n. 50. Rationem; quia fabricæ non tenentur, utpote cui distincta portio est separata. Sed neque pauperibus, quia eorum portio aut nunquam fuit apud Episcopos (quod dubitanter adstruit Soto,) aut si aliquando fuit, ante dictam divisionem, vel etiam aliquanto tempore post, quod Authori verosimilius apparet. Veruntamen jam ab illis fuit abstracta & separata per Sedem Apostolicam in beneficiis practimonialibus, quæ Sedes à mensa Episcopali separavit, & destinavit pro alendis in studio pauperibus, nec non filiis Procerum, ad majorem tum Ecclesiæ, tum Familiarum Nobilium splendorem &c. Item quod fecit Jus gentium per divisionem, ut esset meum & tuum, idem fecit quadrupartita divisio.

Fachin. 5. cont. cap. 89. probat etiam ex cap. pervenit. De fidejuss. Bafenb. lib. 4. cap. 2. dub. 3. ait probabilis in profanos usus posse expendi distributiones siue presentias, ut vocant, quæ beneficiariis ob presentiam in Choro distribuuntur.

Ad num. 9. in fine adde. Francisc. de Arauxo de stat. Eccles. q. 29. distinguit triplex in Religiosis peculium 1. Quando ita possidetur independenter à Superiore, ut à nullo sit revocabile. 2. Quando conceditur à Superiore ad certos usus, semper tamen revocabile est. 3. Si in genere concedatur ad usus licitos. Primum Religiosus in statu obedientiæ permanens habere non potest.

AD

AD TIT. XXVI.

De Testamentis & ultimis voluntatibus.

AD num. 3. in fine adde. Episcopus de rebus patrimonialibus testamentum facere potest; de rebus verò intuitu Ecclesiæ acquisitis testari non valet. Gonz. ad c. quorundam 1. h. s.

Clerici de bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis testamentum facere non possunt, de bonis verò patrimonialibus, proprio artificio, aut aliunde questis disponere valet. Gonz. ad cap. cū in officis 7. h. t. item cap. ad hæc 8. h. t.

Ad num. 10. in fin. adde. Franc. de Arauxo de stat. Eccles. tract. 2. q. 19, n. 48. tenet, quod Religiosi facti Episcopi liberentur à voto paupertatis, & habeant dominium portionis sibi assignatæ non minùs, ac alii; tum quia nulla fit post mortem illorum restitutio; tum quia facultas testandi illis concessa eadem formâ expeditur, ac illa, quæ conceditur Episcopis ex Clericatu assumptis.

Idem tract. 3. q. 28. dub. 1. n. 5. Divus Thomas tenet, quod Religiosus creatus Episcopus debeat gestare habitum suæ Religionis. Verum jam est eis mandatum, ut utantur habitu communi, scilicet pileo & muceta. Item dub. 2. An maneat à voto paupertatis absolutus? Ipse tenet, quod non, eò quod Pontifex cum ea non dispenset. 2. Quia tantum habet Episcopatum quoad usum & administrationem, quia D. Thomas tradit, quod in Religioso E-

piscopo maneat virtualiter & in preparatione animi votum obedientiæ absolutè autem obligatio castitatis & abdicatio proprietatis. Dub. 3. An possit de bonis patrimonialibus in Episcopatu obtentis testari? Ille consequenter negat.

Sforza Pallavicinus in præfatione de arte Christianæ perfectionis. Jussus fui sedere in Consistorio (scilicet sum factus Cardinalis,) quâ tamen dignitate non magis solutus fui ab onere vacandi DEO, quàm gregarius miles ab onere militandi, si copia non ductor evadat.

Balsenb. lib. 4. c. 1. dub. 1. ait, quod obstrictus maneat votis essentialibus, etsi quoad aliquos effectus paupertatis & obedientiæ exemptus censeatur. Deinde etsi jure regulæ absolutus sit quoad culpam & pœnam, tamen ex obligatione moralis honestatis ea servare debet, quæ eum decet, & cum ejus munere consistunt. Hinc quoad habitum sui Ordinis colorem deferre debet, etsi quoad formam Episcopis secularibus se conformare possit ut Clem. VIII. concessit. Imò si resignet, vel deponatur, non tenetur redire ad observantiam regularem, quia retinet eminentiam Episcopalem, secus in Cardinali, qui Episcopus non est.

AD TIT. XXVIII.

De Sepulchris

AD num. 6. in fine adde. Per quartam funeralem debitam Ecclesiæ Parochiali, intelligitur solum quar-

ta funeralium, Funeralia autem dicuntur tantum ea, quæ cum funere processionaliter deferuntur v. g. cereæ & familia, non autem alia legata v. g. domus, pallia, panni, ornamenta Ecclesiæ, Missæ &c. Ita declaravit Benedictus 2. in Extravag. inter cunctas de privileg. in 6. Sannius tom. 3. de privileg. dist. 2. q. 9. n. 6.

Ad num. 12 in fine addo. Quæritur: Utrum anima defuncti patiatu detrimētum ex hoc, quod Eleemosinæ, vel restitutiones, quas mandavit fieri, retardentur? Conclusio prima. Si defunctus potuit commodè, dum viveret, per se aut per suos ministros restituere suis creditoribus, & non fecit, non decedit securus coram DEO. Conclusio 2. Neque anima defuncti detinetur in Purgatorio, donec ejus debita per hæredes, vel alios creditoribus solvantur; dummodò jubeat vivens debita solvi. v. g. si Martyr fiat, vel illico post Baptismum, vel elicitâ perfectâ contritione, vel accepto Jubilæo decedat. Non obstat cap. in literis inf. de raptoribus. in verb. *Ut sic à peccato valeat liberari.* Respondetur à Navarr. 1. Debere legi *Valeant* Id est hæredes. Sed sit correctio, quæ vitanda. c. cum expediat. De Elect. in 6. & l. 1. C. de in offic. dotib. alia est congruentior. *Valeat liberari* intelligendum esse de ope, quam obtinet anima defuncti accidentaliter per orationes creditorum, sive pauperum benè satisfactorum. Nam teste D. Thomâ solutio debiti aliquantum prodest defuncto, in quantum creditorum orationibus adjuvatur, sicut ex elemosyna-

rum erogatione sequitur pauperum revelatio, & eorum oratio, qui est effectus veluti per accidens consecutus.

Conclusio 3. Neque ex retardatione suffragiorum quæ defunctus iussit fieri, ejus anima detrimentum patitur quantum ad pœnæ prorogationem, nisi solum quantum ad subtractionem remedii. Ratio, quia propter retardationem hanc neque pœna defuncti in Purgatorio, si ibi sit, augetur intensivè, neque profunditur extensivè, cum non sit culpa defuncti, sed hæredis. Item meritum essentialiter elemosinæ v. g. consistit in affectu efficaci illam erogandi, quod defunctus habuit, ut retardatione executoris meritum non minuat. Ergo retardatio neque pœnam in vel extensivè augebit. Sicut autem in casu priori retardatur effectus ex elargitis accidentaliter consecutus, scilicet orationes pauperum, ita retardatis sacrificiis deest effectus consecutus ex opere operato, per quorum defectum subtrahitur remedium illis correspondens ad pœnæ expiationem valens. Et idè anima diutius detinetur, quia privatur valore sacrificiorum operis operati & valore orationum, qui est valor operis operantis. Ex quo colligitur quod non puniatur anima propter negligentiam alterius, verum tamen sit, quod negligentia illius subtrahat animæ remedium, quo citius à pœnis Purgatorii liberaretur. Cum enim hæc pœnæ sint temporales, fieri potest, quod unius detrimentum patiatu ob culpam alterius, æternam autem pœnam quisquis ob suam tantum incurrit. Ex quibus adducitur 1. Consultius esse non retardare

dare, ne quidem ob spem majoris pretii congregandi, ut plures Missæ legantur, idq; regulariter. 2. Possit defunctum liberari ex Purgatorio antequam elemosynæ præstentur, si affectus erogandi ad pœnas debitas exsolvendâs sufficiat. 3. Magis dolendum esse de retardantibus voluntatem implere, quàm de ipso defuncto, quia illi peccant graviter contra justiciam & charitatem.

AD TIT. XXIX.

De Parochiis & alienis Parochianis.

AD num. 6. in fine adde. Busenb. lib. 1. tract. 2. cap. 2. dub. 2. Probabile est & in conscientia securum, quod docet Sanch. contra Navarr. Suar. Peregrinos antequam excedant proprio territorio, non teneri implere præcepta, quæ ibi eos deprehendunt, v. g. audire mand. sacrum, qui ante prandium sit venturus alio, ubi non sit festum. Quia in loco proprio poterat eò usque differre, in alio loco jam definit obligari. Nec obstat, quod prævidens impedimentum teneatur prævenire, quia id verum, si maneat obligatio præcepti, ait tamen contrariam quampiam suaderi posse.

Idem ibid. dub. 3. Resolvit, quod peregrini & vagi regulariter non teneantur præceptis spec. libus locorum in quibus morantur, quia nec loco nec Superioribus subditi scilicet regulariter: quia tenentur iis quorum violatio tenderet in damnum & injuriam illius loci. Item iis, quæ sunt de contractibus celebrandis. Unde insert: Potest ibi

Missam non audire, non jejunare, si in suo loco Festum, l. jejunium non sit, secluso scandalo &c.

Idem ibid. dub. 4. tenet, quod peregrini non teneantur præceptis juris communis, si non sint in usu in loco, ubi morantur. v. g. Germanus per Hispaniam transiens vesci interstinis.

Ad num. 7. in fine adde. Occasione hujus quæri potest de facultate, quam à jure habent ad populum concionandi Regulares? Resolvit Franc. de Araxo de stat. Eccles. q. 30. Primò, quod prædicatio hæc non sit actus jurisdictionis Ecclesiasticæ, quia multi concionantur, qui nullam jurisdictionem habent. Neque alicujus Ordinis sacri, vel minoris, quia nullibi Ordo iste requiritur, licet debeat mitti ad Rom. 1. cap. cum ex injuncto de Hæretic. Non obstat. Can. adjicimus XVI. q. 1. Can. peilectis dist. 25. Can. Sancta dist. 92. Quia loquuntur de prædicatione ratione sui officii, qualem habet Episcopus & Sacerdos Curatus. Vel quod prohibeatur laicis, non quia est actus Ordinis, sed propter indecentiam, & periculum seminandi errorem. Unde imponitur etiam Clericis non missis pœna excommunicationis ferendæ. cap. excommunicamus §. quia verò de Hæreticis. Posteriores Canones leguntur de Diacono canente Evangelium in Missa. Ex quo inferitur, quod Prædicator possit exercere actum prædicandi absque peccato, licet ipse in peccato mortali constitutus sit, modò sit oculum, nam si est publicum, peccat mortaliter, quia propter scandalum prædicationis impedit. Ita D. Tho.

Secundò, Ex commissione Episcopi vel Parochi quivis idoneus miniliter potest Evangelium more solito prædicare, nisi per statutum Religionis aliud caveatur, ut apud Dominicanos, ubi requiritur Sacerdos, sic etiam committitur habentibus primam tantum tonsuram.

Tertiò, Regulares ultra conditiones proprias indigent benedictione Episcopi Diocesani ut prædicent Ecclesiis suorum Ordinum, ut in aliis egeant speciali licentia. Probat ex Trident. *Sess. 5. c. 2. Sess. 24. c. 4.* Quod si errores aut scandala seminent, Episcopus etiam contradicere potest, ne in suis Ecclesiis prædicent. *d. Sess. 24. c. 2. de reformat.* Quia cura & privilegia mendicantibus concessa sunt mitigata & ad terminos Tridentini redacta per Greg. XIII. in Bulla quæ incipit: In tanta negotiorum mole.

Bulsenb. *lib. 4. c. 3. dub. 7.* Acedia seu animi tædium sumitur vel generaliter pro omni animi remissione in exercitio virtutum, eò quod labor aliquis sit adjunctus. Secundò, particulariter pro tristitia & tædio de Divina amicitia, eò quod per virtutes servari debeat, & sic illam non curet, posterior ex se mortale est.

Filix sunt *malitia*, quæ quis odit spiritualia. *Pusillanimitas* & desperatio de salute. *Rancor*, quo il sunt fastidio, qui ad spiritualia ducunt. *Torpor*, cum bona fiunt non cum debito fervore. *Evagatio mentis* in exercitio spirituali.

A D T I T. XXX.

De Decimis, Primitiis & Oblationibus.

A *Ad num. 20. in fin. adde.* Dices Parochi debent solvere ex prædiis suis decimas prædiales, quia debentur Ecclesie, ut inter ejus ministros dividantur. Ergò etiam personales, quia non debent illas sibi, sed Ecclesie. Resp. Disparitatem esse, quod in priori casu principalis obligatio non consistat in persona, sed in prædiis; ergò potest prædium debere decimas Ecclesie, & per consequentiam Parocho. In secundo casu verò principalis obligatio consistit in persona; ergò non videtur æquum, ut etiam eadem sibi debeat persona saltem per consequentiam.

Ad num. 43. ad fin. adde. Hic casus formari potest. Laicus detinens jus decimarum, cum consensu Episcopi illud transfert in aliam Ecclesiam, hæc Ecclesia nullum jus accepit, quia laicus non habuit, adest tamen hic bona fides, & sic usucapiendi conditionem, si accedant 40. anni.

Ad num. 50. in fine adde. Dices: in fi e dicitur quod decimæ injustè detentæ indistinctè sint restituendæ Ecclesie propriæ. Et in medio dicitur contrarium. Resp. in fine agi post Concilium Lateranense, in medio ante Concilium Lateranense. Disparitas est: quia post Concilium planè declarata est irrita concessio decimarum facta laicis, non ante. Sive, post Concilium notorium est, quod laici illas posside-
te non

re non possint, ante non erat notoriū, poterant enim possidere. Ergo hoc casu poterat esse dubium; unde satisfiebat, ad quamcūque Ecclesiam transferret, in priori autem se secus habet.

Ad num. 56. in fine adde. Dices: ex num. 54. Privilegium exemptionis comprehendit etiam exemptionem à novaliibus; ergo etiam privilegium concessionis decimarum illas comprehendet, cum utroque casu idem sit præjudicium Ecclesie. Respondetur quod gravius sit Ecclesie, si videat decimas suas ab alio possideri, quam si videat quem esse exemptum à decimis, qui illas nulli alteri solvat.

AD TIT. XXXI.

De Regularibus & transcurrentibus ad Religionem.

Ad num. 9. in fine adde. Observandum quod in Ordinibus mendicantium possit Novitius ante completum annum probationis, causa mortis emittere professionem, quæ tantum valebit in foro conscientie & ad effectum lucrandi indulgentiarum, idque per communicationem privilegii à Pio V. concessi quibusdam Monialibus S. Domini in Bulla, quæ incipit Summi Sacerdotii cura. Inde sequitur, quod pensio & beneficium Novitii illius, si quod habet, propterea non vacet. Ita Franc. de Arauxo. *De stat. Eccl. tr. 3. q. 26. dub. 6.*

Quæstio. Utrum, si Novitius toto vel ferè toto probationis anno decumbat infirmus, finito eo Professionem

validam emittat; *Decidit idem d. l. dub. 7.* quod, licet sit negativa probabilis, & speculativè fortè probabilior, in praxi tamen sit tenenda affirmativa, quam tenet Navarr. Ratio: Quia sub obedientia degens probat, & experitur austeritates Ordinis in genere, quod sufficit ad valorem Professionis. Excusabunturque recipientes etiam à peccato, quando autem probabilem iudicio Medicorum, habet spem de valetudine, aut quando desperata est valetudo, ut in senibus, quando intervenit urgens, seu rationalis causa ob quam, alias non *justificatur* talis dispensativa receptio.

Ad num. 17. in fine adde. Observandum ex Franc. de Arauxo q. 27. n. 3. Si parentum necessitas sit *extrema*, poterit filius Religiosus manere extra Claustrum petita, licet non obtenta, licentia; quia tunc cessat lex Clausuræ. In gravi autem necessitate citra extremam, potest exire ad succurrendum de petita & obtenta licentia à Generali, vel etiam Provinciali, quia tunc adest justa causa ad dandam licentiam, etiam cum dimissione habitus; qualis causa etiam est ægrotudo commodius curanda extra, ubi esset scandalum, si sit contagiosus morbus.

Ad num. 18. in fine adde. Franc. de Arauxo. *De stat. Eccl. tract. 3. q. 26. dub. 1. ait,* quod inhabilitas resultet ex quinque impedimentis. Primum est matrimonium contractum & consummatum. cap. cum sis. *De convers. conjugat.* Secundum ligamen Professionis emissæ in Religione strictiori. cap. Johannes. c. Non est vobis. c. licet h. t.

Tertium, *Conditio servitatis*. *Can. si servus. c. gener. dist. 54.* Quia servus non potest dare dominium suæ personæ Religioni, quod non habet, ut Professio fit nulla, sive servitus sit ignorata à recipiente, quia non adest voluntas; sive scita, quia id tantum possumus, quod jure possumus. Neque obstat, quod matrimonium cum serva scienter initum teneat, quia disparitas est, quod in matrimonio carnali fiat tantum traditio personæ, quoad usum matrimonii, quæ stare potest cum dominio, quod habet Dominus; in matrimonio autem spirituali fit totalis traditio personæ, quæ stare non potest cum dominio alterius Domini, unde jus hoc irritavit, non illud. Hinc si Dominus ex post facto consentiat, ille Professionem revalidare poterit. Quartum, *Infirmitas antecedens & incompatibilis cum observantia votorum indistincte, aut cum observantia regulæ, quod fit, dum vel soli patienti nocet & eum inhabilem reddit, uti podagra, non est tamen morbus contagiosus, vel etiam est aliis contagiosus, uti lepra, morbus gallicus, de quo solet esse quæstio.*

5. *Implicatio ratiociniorum & debitorum Can. legem. dist. 83.*

An Professio emissa à laborante morbis incurabilibus vel contagiosis tacito illo sit valida? *Id. ib. dub. 2. n. 25. & seqq.* Tacendo peccat mortaliter, ita omnes. An Professio valeat Gerson & Ledesma negant: quia recipiens eam non consensisset, si detexisset morbum. Alii plures affirmant valere, nisi Religio privilegium à Pontifice aliud habeat. Probatur argumento *cap. postulasti.*

*De rescript. Secundò, quia nullibi exprimitur talis morbus esse impedimentum dirimens. Tertio, Error in qualitate accidentali non dirimit matrimonium; ergò. Ipse dicit, quod Judex utramque sententiam possit sequi; ait tamen secundam esse pacti conformiorè; Sic hermaphrodytus, si neuter sexus prævaleat, est inhabilis ad Professionem in Religione tam virorum, quam mulierum, & Professio emissa ubique est invalida. Si autè alter sexus prævaleat alteri, valida erit Professio in Monasterio eorum, cujus sexus prævalet: & tamen tunc cognito hujusmodi defectu ejiciendus est à Religione, tum propter culpam taciti defectus, tum etiam propter scandalum & periculum imminens ex ejus consortio, unde etiam prohibentur ordinari tales viri monasteriosi *cap. fin. de arat. & qual. ordin. Can. illiteratos dist. 36.* ergo. Hinc si sexus non prævaleat, ejici possunt auctoritate Prælatorum in altero calu auctoritate Summi Pontificis, *ibid. n. 30.* Vel saltem Nuntii Apostolici, vel Diocesani: quamvis Prælati id facere possint ob incorrigibilitatem, vel alia crimina, quæ pœnam expulsionis ex speciali Ordinis statuto promerentur.*

Ad num. 33. in fin. adde. Quæritur, cum ejectus non liberetur à votis. Quid ergò dicendum de paupertate? Communior est, quod non acquirat ullius rei dominium, sed usum tantum. Videtur tamen etiam posse in usus illicitos impendere, ita ut accipiens retinere possit Dominium alii Monasterio, alii Ecclesiæ Diocesanae, si beneficium habeat, attribuunt, alii Romanae. Neque liberatur ab observatione

Regularum, intellige de iis, quæ non repugnant statui, in quo nunc vivit.

Observe, quod ejectus ut incorrigibilis sit suspensus, à qua suspensione solus absolvit Pontifex Romanus. Ex Bulla Urbani VIII. Incorrigibiles autem non censentur, nisi anni jejunio & pœnitentiâ in carcere probati. Busenb. lib. 4. c. 1. dub. 7.

Franc. de Arauxode stat. Eccl. q. 29. n. 9. ait, quod semel legitime, id est, per sententiam definitivam latam ejectus non teneatur ad Ordinem redire, multo minus cogi possit. Nam cap. fin. h. t. loquitur de fugitivis aut condemnatis injultè, vel non definitivè, sed interlocutoriè tantum. Ratio prioris, quia per legitimam expulsionem extinguitur obligatio erga religionem licet maneat obligatio voti erga DEUM, & obedientiæ erga Episcopum, non etiam erga Prælatum, quod alii negant priusquam in aliam sit ingressus Religionem.

Ait idem n. 10. quod Prælatus vel Prior eum volentem redire, possit, imò teneatur recipere, non tamen debito justitiæ, sed honestatis vel charitatis ad summum, juxta dist. cap. fin. vel eodem Conventu, vel in grangia illius, Sannius nominat grangia, id est, in prædio Monasterii, vel, quod melius, in alio Conventu ejusdem Provinciæ.

Ad num. 34. in fine adde. Franc. de Arauxo q. 32. de stat. Eccl. n. 13. tenet, quod Prælatus ordinarius possit dispensare cum religioso volente transire ad laxionem Religionem ex justa & rationabili causa. Qualis est infirmitas & moralis impotentia servandi Regu-

lam, maximè quando dispensatio hæc esset invisâ aliis Religiosis. Item persecutio, quam patitur, maximè si ipse non dedit causam, aut semel datæ jam pœnituit. Si transiens ante Professionem redeat, redire intelligitur ex Tunc, non ex NUNC. Thom. Trivisian. 1. decis. 33.

AD TIT. XXXII.

De Conversione conjugatorum.

Ad num. 3. in fin. adde. Franc. de Arauxo tract. 3. q. 26. dub. 2. Intelligendam de adulterio publico, ob quod per sententiam Judicis alter conjux separatus fuit. Aliàs licet vir id alleget, non est suscipiendus. Sin autem ipse vir occulto sciat, & profiteatur, in foro conscientiæ Professio tenet, in foro tamen fori repetetur, donec probetur adulterium.

Matrimonio contracto, sed nondum consummato, potest alter conjugum, etiam aliâ invitâ Religionem ingredi, & remanens in sæculo potest ad secundas nuptias transire. Gonz. ad cap. verum 2. h. t.

Ad n. 13. in fin. adde. Quod talis adhuc ingredi possit, tenet, & resolvit casum, quo puella, quæ invita, id est, volens nolens ob metum reverentialem dixit se consensuram, & sub hac protestatione illum coram Parocho & testibus in sponsum accepit, cum qua sponsus ex parte sua matrimonium consummarit, illam retinentem in lecto ac se retrahentem 4. aut 5. carnaliter cognoscendo absque ulla uxoris complacencia, ut exinde creditur & ipsa asseverat, sine ullius seminis femine effusione.

Ratio, quia ut consummatio sit legitima auferens feminæ facultatem transeundi ad Religionem intra bimestre requiruntur duo. Primò, ut membrum viri penetret vas feminæ & intra illud seminet, & seminatione feminæ etiam concurrente, ut probabilius est, & quod ad hoc non fuerit coacta à viro. Ratio prioris: quia per talem copulam efficiuntur una caro, & ponant principium generationis, ad quod ordinatur matrimonium. Et hæc est communis sententia. Quamvis Sanchez vasis penetrationem non requirat, quod Autor intelligit de plena vasis penetratione, quia aliàs femina manens virgo posset *consumere matrimonium*, siquidem interdum contingit Virgines semen virile circa earum vas effusum suscipere & attrahere, aut in balneo aut lecto, imò, & ex illo semine sic suscepto concipere sine violatione claustris pudoris teste D. Thom. quodlibet. 6. art. 18. quem refert & sequitur Navarr. lib. 4. *Consil. de frigid. & malefic. cons. 2. n. 23.* Consummatio autem auferens facultatem ingrediendi debet esse per copulam carnalem per cap. ex publico cap. ex parte tua h. t. item cap. 2. Nam aliàs ex talis seminis attractione deberet nasci bigamia & affinitas, quod nemo fatetur: imò deficeret modus, quo probatur matrimonium consummatum per foeminarum contestationem ex cap. proposuisti & cap. pen. de probat.

Ratio posterioris requiritur ut non sit coacta: Probatur: quia sponsus ante bimestre non habuit jus extorquendi copulam & intulit injuriam, quæ aliter jus suum recuperare non potest, nisi

per ingressum. Et hoc jus proderit ei in utroque foro, si non sit corrupta matronarum duarum iudicio. In foro autem conscientie licet ei, etiam si fuerit corrupta, si aut non seminavit, aut ad copulam habendam sponsus intra bimestre violentiam intulit, ita ut invitata & remittens succumberet, quovis enim violentiæ genere injuriam passa est.

Ad num. 21. in fin. adde. Franc de Arauxo d. l. 9. 4. tenet hoc bimestre datum esse ad deliberandum: post bimestre autem teneri ad debitum, nisi illicò ingredatur. Illicò intelligendo moraliter, se præparando quoad necessaria. Aliàs tenetur quis reddere debitum exceptis 4. casibus. Prima, defensus benedictionum Ecclesiæ, quæ vulgò *volationes* nuncupantur: quamvis sine illis consummare non sit lethale per se loquendo. Probatur per Can. nostrates xxx. 9. 5. *Trid. sess. 24. cap. 2.* Quod hortatur tantum, ne omittantur, Veniale videtur esse in prima copula, quia non est servatus debite ordo. Quamvis omnes copulæ ante denuntiationes sint peccaminosæ (non tamen fornicariæ) nisi fuerint remissæ. Secunda, periculum propriæ salutis, ubi peccaret reddendo v. g. si proli immineret probabile detrimentum v. g. abortus, quamvis prægnanti sit licitum, uti medicinis, etiam si per accidens periclitaretur proles. Sic & copula conjugalis immediatè post pradium, aut balnea est illicita. &c. Tertiam & quartam causam non allegat ibi.

A D T I T. XXXIV.

De Voto & voti redemptione.

Ad num. 1. in fine adde. Dices: Vota sunt etiam Sanctis, ergo non tantum DEO? Resp. 1. Fiunt DEO, sed in honorem Sanctorum, sicut extruatio templi. Resp. 2. Si directe sicut Sanctis, non esse proprie votum, sed promissionem sacram elicitam ex virtute Dulia. Unde votum DEO, B. Virginis & Sanctis factum explicat Suarez coram B. Virgine & Sanctis, ut refert Laym. l. 4. r. 4 c. 1. n. 6.

Ad num. 9. in fine adde. Objicies ex n. 11. Filiorum familias vota habent conditionem, si pater consenserit; ergo etiam Religiosorum, si Superior dispensaverit. Dispensatio esse, quod Religiosi sint magis obstricti, quam filii. Vel potius: quia dispensatio est contra jus, non etiam consensus parentis.

Ad n. 14. in fine adde. Exempla prioris membri. Vovisti edificare Ecclesiam, si fias pauper, non teneris ad partem. Audire Sacrum, orare horam, Jejunium unius diei, peregrinari in cilicio, si peregrinari nequeas, non teneris ad cilicium. Exempla posterioris. Vovisti mille, teneris ad partem. Jejunium per aliquot dies. Perpetuam Virginitatem, licet forniceris, adhuc durat votum, nisi tantum vovisses claustrum virginis integrum DEO servare. Jejunium in pane & aqua, si pravaricatus biberis vinum, adhuc teneris illud servare, & non nisi panem comedere.

Ad num. 16. in fine adde. Exempla. Malum ex obiecto v. g. furtum. ob Circumstantiam v. g. peregrinari die Festo, ne audiat Sacrum, die jejunii. ne sit opus jejunare, ex fine. Ubi distinguendum, quod alius sit finis rei per votum promissae, alius sit finis voventis. Prior vitiat, habet enim se ex parte obiecti, posterior non, quia tenet se tantum ex parte voventis, ipsa vero materia & substantia voti integra relinquuntur, v. g. voveo elemosynam ad vanam gloriam captandam, votum nullum est; qui autem coram aliis vanae gloriae causa vovit, obligatus est, item si vovit fieri Carthusianus ex inordinato piscium appetitu. Item si ex duculo evaserit, si ex fornicatione vel adulterio prolem conceperit, vel non conceperit: quia hi fines tenent se tantum ex parte voventis.

Ad num. 17. in fine adde. Exempla actuum indifferentium. Non comedendi die Sabbathi in honorem B. Virginis, non comedendi carnes assas in Festo S. Laurentii, nisi ob propensionem per modum mortificationis, quis id faceret. Idem est, si finis tantum sit indifferens, v. g. jejunare ut sumptibus parcas. Aliud est, si voveas, ut a DEO rem temporalem impetres.

Ad num. 21. in fine adde. Duo vota si sint impossibilia v. g. vovit quis se hac die peregrinaturum, & postea vovit se eadem die infirmis inservituum, si posterius melius sit, tum pravalet, alia semper servandum est prius.

Ad num. 26. in fine adde. Ad votum non sufficit voluntas indirecta in causa sua, sufficit tamen voluntas virtualiter perma-

permanens in suo effectu. Exemplum prioris: scio me ebrium homines occidere, si me inebriem & occidam, teneor; si verò sciam me vovete, & si sic voveam, non teneor. Quia ad votum intrinsecè requiritur directa se obligandi voluntas. Fortè quia bonum non nisi ex integra causa, malum ex quolibet defectu. Exemplum posterioris v. g. volo vovete, & postea, dum voveo, distractus sum.

Si quis pronus ad vota, voveat se nunquam velle vovete sine consilio Confessarii, votum validum est. Quòd si autem postea sine illo voveat, peccat, votum tamen adhuc tenet, quia adhuc habet objectum bonum, nisi in primo voto apposuisset clausulam irritantem, tunc posterius non valebit, nisi illa voluntas tempore voti, vel expressè vel virtute retractetur. v. g. Si memor sui prioris voti nihilominus voveat: quia hoc casu priorè voluntatem retractat.

Ad num. 45. in fine adde. Effectus voti est inducere obligationem, quam Laym. hoc tract. ait non esse ex iustitia propriè dictam, sed ex virtute Religionis, quæ est potentialis pars iustitiæ.

Queritur. An opus sit magis meritorium ex voto quàm sine? Respondeo affirm. Quia provenit ex virtute Religionis, quæ est omnium nobilissima. 2. Quia qui ex voto operatur, non tantum opus, sed & facultatem operandi DEO consecrat, & sic dat cum fructu ipsam arborem. 3. Qui mente obstinata peccat. Ergò à contratio. 4. Si contra votum operetur, gravius peccat, ergò si eum illo operetur, plus meretur. *Idem lib. 4. tract. 4. cap. 4.*

Ad num. 53. in fine adde. Regula: Transgressio voti non obligat ad compensationem, quia violatio promissionis DEO factæ tantum obligat ad poenitentiam: Quia DEO nulla utilitas decedit, quæ restitui possit. Aliud est in promissione homini facta; Hæc enim compensare debeo damnum illatum *dict. tract. c. 6. n. 4.* Unde si vovi Religionem, si intra annum non fornicer, licet dolo fornicer ad evitandum votum, probabile est me non teneri. Primò, non ratione conditionis impletæ, quia impleta non est. Secundò, non ratione peccati commissi, uti dictum, ergò.

Ad num. 55. in fine adde. Cessante causâ finali cessat votum. v. g. vovisti pro impetranda valetudine filii, si is moriatur, cessat votum.

Ad num. 68. in fine adde. Ecclesia annullare potest vota etiam in conscientia. Dices: Ecclesia non habet jurisdictionem super actus merè internos; ergò nec vota merè interna infirmaret. Distinguitur antecedens, quoad jurisdictionem contentiosam & punitivam concedo, quoad aliam, quæ proximè ad salutem animæ tendit. *neg. d. 17. c. 7. n. 2.*

Utrum voti irritandi potestate præditus. postquam consensit, possit adhuc votum ante executionem irritare? Respondetur affirm. Si gubernativam in illum potestatem obtineat, quia talem potestatem etiam post consensum adhuc retinet *d. c. 7. n. 14.* A fortiori successor ejus id facere potest. Aliud est si hominibus qui hoc modo promissum sit; vult enim conservatio pacis

cis talia pacta servari. DEUS autem in-
victis superioribus id non exigit. Di-
ctum si potestatem gubernativam ha-
beat. Unde si vir approbative consen-
tiat, ut uxor votum continentiae edat,
id revocare nequit, quia quoad usum
conjugii vir hanc potestatem non ha-
bet. Idem est à contra. Item si uxor
marito licentiam det votendi peregrina-
tionem; Creditor debitori ut vo-
veat eleemosynam non revocant.

An votum non petendi debitum te-
neat? Resp. Si maritus id faciat, uxor a-
liquando irritare potest, quia ipsa ob
verecundiam petere fortè non audeat.
Uxor maritus non potest, quia non est
obligata petere, nisi fortè tale votum
discordiae causa sit.

Votum continentiae utriusque con-
sensu editum absolute valet, ut rescin-
di nequeat c. quod DEO 33. 7. 5.

Quiritur utrum superior peccet, si
vota subditorum sine justa causa infirmet
? Laym. c. 7. n. 18. & putat esse veniale,
ed quod abutatur potestate sua, quam
vis alii nullum esse dicant. A fortiori
peccabit si semel consenserit, & sine ju-
sta causa revocaverit, quod tamen et-
iam per se loquendo a tantum veniale.

Quiritur utrum vota legitime res-
cisa reviviscant cessante subjectione?
Resp. 1. Vota Religiosi impuberis pla-
ne irritantur, ed quod Praelatus, Pater,
tutor, &c. directam habeant potesta-
tem in ipsam voluntatem votentium.
2. Vota puberis Religiosi &c. ante sub-
jectionem emissam v. g. Uxor ante nup-
tias, licet postea fuerint infirmata, dis-
solutis nuptiis reviviscunt. Utrum re-
viviscant quæ tempore subjectionis

emissa, irritata sunt? Placet Layman.
Affirm. 1. g. ex cap. placet 12. de convers.
conjugat.

Ad num. 74. in fine adde. Differt
dispensatio & irritatio 1. Quod in illo
casu requiratur jurisdictio, in hoc a-
liud jus in personas obligatas. 2. Illa sine
causa sit illicita & invalida, quia est in
jure DEI, irritatio adhuc teneat: quia
superior votum subditi rescindens
propriam jus & proprietatem exercet.
3. Si votum à Praelato superiore confir-
matum, non potest inferior Praelatus
illud irritare, potest tamen ex justa cau-
sa dispensare, si alias jus dispensandi
habeat, quia per confirmationem ex-
trahitur quidem à potestate domina-
va inferioris, sed non à jurisdictione
voluntaria.

Observandum vota aliqua reserva-
tis esse similia, sed re ipsa reservata non
esse v. g. Votum castitatis ad certum
tempus. Votum castitatis conjugalis,
nisi auctoritate Pontificia annexum sit
ordini militari; non petendi debitum;
non nubendi; non fornicandi. Ratio
quia reservationes strictissime inter-
pretandæ sunt, ut reservatio tantum
explicetur de voto castitatis *perpetuo
simpliciter dicto*. Sic quoque Religionis
reservatum est, non tamen suscipiendi
sacros Ordines nec ingrediendi stri-
ctiorem, ut liceat adhuc ingredi minus
strictam: ut professus ad laxiorem pos-
sit. Item non est reservatum votum pæ-
nale v. g. si fornicatus fuero, v. voo Re-
ligionem; vel conditionatum, si con-
valuero, v. voo Religionem, *antequam
convalescam*, quia ubi convalesco, est
absolutum & reservatum.

G

Dices:

Dices: in pœnali post peccatum non fit absolutum, ergo neque in conditionali. Disparitas est quia in conditionali vovens tendit per se in rem promissam tanquam bonam sub conditione: in pœnali vero tendit per se in illam tanquam pœnam, adeoque malam & afflictivam, quam mallet evitare, quàm incurrere. Unde si voveat Religionem tanquam pœnam medicinalem, tunc post peccatum commissum, etiam tale erit Papæ reservatum. Aliud est, si mulier dicat, si nuptiæ hæ non successerint, voveo Religionem; Episcopus potest. Ita Layman sentit. Quia videtur mulier hoc votum ex nimio affectu facere. Item votum metu injusto, id est insufficienti extortum, si enim esset sufficiens, esset nullum. Item votum alternativum, cujus pars altera reservata non est, licet postea altera pars non reservata fiat impossibilis, nisi vovens se ad reservatam specialiter determinet. Item si Pontifex reservatum in aliud commutavit, poterit super hoc dispensare Episcopus. Dices: surrogatum sapit naturam ejus, in cujus locum surrogatum est. Resp. Quoad intrinsecam conc. quoad extrinsecam, neg. Item si dubium sit de valore voti, quod tamen per se non liberat.

Dispensatio in reservatis tempore necessitatis ab Episcopo facta, non extendit se amplius, quàm necessitas postulat. v. g. In voto continentiæ, ut matrimonium inire possint, peccabunt adhuc *contra votum*, si extra matrimonium fornicentur. Potest autem Episcopus dispensare tali casu, licet Legatus Apostolicus sit in Provincia, quia

hic non habet plus juris, quàm Episcopus, nisi Legatus speci. lem commisionem dispensandi in casibus reservatis à Papa habeat.

Vota commutari possunt in melius, nisi sint summo Pontifici reservata. Quia hoc casu & ipse sibi commutationem reservavit; nisi quis in votum Religionis illa commutare velit. c. Scripturæ de vot. Unde illa tempore Novitatus suspensa manent.

Observandum. Cui concessa est facultas dispensandi, ei etiam censetur concessa facultas commutandi juxta reg. 55. de reg. jur. in 6. quæ locum habet, quando minus subordinatur majori, seu in eo continetur tanquam imperfectum in perfectum, uti hic. Sicut etiam in testamento & Codicillis.

Quando dicitur in votis realibus debere fieri dispensationem sine præjudicio tertii, quod præjudicium est si is per acceptationem jam proprium jus habeat.

Post factam commutationem voti est in arbitrio voventis vel prius, vel posterius facere: quia hæc in favorem ejus facta est. Quod si tamen posterius fiat impossibile, jam omnimodè liberatur: quia obligatio nulla est; nam in priori casu tantum id facere potest, si velit, non tamen tenetur.

Quæres, si quis in saculo voverit voto simplici se ingressurum arctiorem Religionem, potestne justâ conscientia laxiorem profiteri, & in ea permanere? R. spondet Franc. de Arauxo tract. 1. q. 7. Quod profitendo quidem peccet, postea tamè ad prioris voti adimplerionem non teneatur. Est sententia

cia D. Thomæ 22. q. 86. art. 8. Ratio quia votum simplex, quo quis obstringitur minori Religioni, est fortius quam votum simplex quo quis adstringitur majori Religioni. Post votum etiam simplex matrimonium contractum non dirimitur, sicut post solenne. Probatum etiam per cap. *qui post votum*. De Regularibus dices: Post votum simplex initum matrimonium non extinguit obligationem voti simplicis, sed tantum suspendit, quamdiu duravit matrimonium, quia adhuc votum implere potest. Ergo & hic non tollitur obligatio quia votum implere potest ingrediendo Religionem arctiorem. Respondet, matrimonium suspendit, Professio extinguit. Quia licet votum & per matrimonium & per Professionem se alteri tradat, id tamen fit diversimodè. Nam Religiosus se tradit Religioni & Deo tanquam immortalibus, ac nunquam potituris, proinde jus supra illum & immortale & nunquam perituum. Conjux autem se tradit alteri ut homini mortali ac perituro, cujus proinde jus supra comparem est mortale ac caducum, & durans duntaxat usque ad mortem exclusivè.

Item ex eodem observa, quod hoc votum: polliceor me in hac Religione permanurum, non æquipolleat ei; polliceor me nunquam suscepturum aliam Religionem arctiorem; quia potius est nullum utpote impeditivum majoris boni.

Dices: Vota sunt juris naturalis Divini; ergo Pontifex dispensare non potest. Respondent aliqui Papam proprie non dispensare, sed declarare tantum

ob circumstantias graves hic non obligare. Resp. 2. Non intervenire hic ullam dispensationem? nam intervenit tantum remissio partis, cui facta est promissio. DEUS enim per suum Vicarium remittit seu condonat jus sibi ex promissione acquisitum. Sicut Contractus Jurisgentium & naturæ resolvitur, si pars jus suum remittat. Sanius. *Tom. 3. de LL. dist. 1. q. 4. n. 10.*

Ad num. 76. in fin. addo. Observa quod Innocentii prædecessor Cælestinus III. dispensaverit in voto solenni castitatis cum Constantia filia Rogerii Regis Sanctimoniali in Panormo, ut nuberet, prout nupsit Henrico VI. ex quibus natus fuit Federicus II. Imperator. Ita refert Franc. de Arauxo *tract. 1. q. 6. n. 19.* ex Cajetano & Medina, cujus ignarus esse non potuit Innocentius.

Item dispensatum fuit cum Ramiro Monacho benedictino, ut nuberet, & Regnum Aragoniæ acciperet gubernandum ex urgente causa boni communis. Idem, *tract. 2. q. 19. n. 40.* & rationem adfert etiam hanc n. 45. Super voto paupertatis solenni dispensatur, quoties Monachus assumitur ad Episcopatum, qui acquirit verum dominium reddituum quoad portionem, quæ ipsi obtingit, quamvis aliqui antecessores negent. Ad objectionem quod Consecratio & benedictio auferri nequeat. Respondet n. 55. ex Cajetano. Quando est *constitutiva*, utpote eas res constituens benedictas formaliter & completivè reddens illas ad unum sacrum usum destinatas, atque ad alios inhabiles, uti est Calicis, Episcopi, Sa-

cerdotis. Et contendit, quod auferri nequeat eodem subiecto manente. Quando autem est tantum *invocativa*, utpote per quam invocatur DEUS, ut eisdem rebus utentibus operasset, ut benedictio ciborum, armorum &c. Quæ res ad alios usus profanos adhuc habiles manent, & negat, subjungitq; Et talis est benedictio Monachi, si quam recipit in sua Professione.

Obiic. Res uni tradita non potest alteri tradi; atqui per Professionem est traditus DEO; ergo. Resp. Dist. Maj. invito Domino Conc. Hic autem Deus invitus non est, sed propter utilitatem publicam consentit. Et sic Papa etiam dispensare potest in aliquo Divino jure, vel naturali ob causam ex quadam potestate delegata, quam ei Christus juris Divini & naturalis Author reliquit, ne Ecclesiæ suæ deficeret in necessariis, Sed quæ illa? Regulam dat à posteriori illam, in quibus Pontifex aliquando dispensavit, Potest; in quibus autem nunquam, videtur non posse. Item à priori: in illis, in quibus hanc potestatem à Christo accepit. Accepit autem in iis, in quibus consultitur bono regimini Ecclesiæ absque scandalo & morum Christiani populi corruptela, uti fit in votis. Secus in matrimonio consummato, polygamia &c. in quibus corruptela sequeretur, occasio ad rixas, perverteretur liberorum educatio. Ità ut in his nullum, quamvis commune & publicum, bonum præponderare valeat.

Dices: Omnis ponderatio non est digna continentis animæ Eccl. 16. Ergo non datur causa justa. Et aliàs dam-

naremus factum D. Matthæi, qui noluit dispensare cum Iphigenia, quæ virginitatem voverat, ut nuberet Hircaco Regi, qui promittebat se & suos eodem mediante matrimonio fidem suscepturos. Respondeo, fecunditas carnis non præponderat, sed bonum commune præponderat continentiæ Monachi. D. Mattheus potuit, sed noluit, tum quia id non promiserat Rex, tum quia Iphigeniam noluit à proposito suo divertere. Et fuit tantum votum simplex, in quo omnes admittunt dispensari posse Id. n. 61. Rejicit ratione, quia sollemnitas est de jure humano; quia inquit aliud est sollemnitatem professionis dependere à statuto Ecclesiæ, ut à conditione præsupposita seu remota; aliud est illam esse formaliter de statuto Ecclesiæ. Sic contractus matrimonii est juris naturalis, & de jure Divino Sacramentum inter personas habiles initum, supposito statuto Tridentini, quæ sint personæ habiles, nimirum, illæ, quæ cōtrahunt coram Parocho &c. Sic contractus emptionis est juris naturalis, ut res venales emantur justo pretio, supposito statuto, quod taxat justa rerum pretia. Sic & sollemnitas Professionis, & traditio, quæ vovés dominium sui transfert in Deum & Religionem, est de jure Divino & naturali, dependenter tamen à statuto Pontificis approbantis eam Religionem & acceptantis illam, tanquam de numero approbatarum. Inde per consequens tenet, si fieret dispensatio sine justa causa, eam non tantum fore illicitam, sed etiam invalidam, & matrimonium nullum, si ve bonâ si ve malâ fide ineatur.

AD

AD TIT. XXXIX.

De Censibus, Exactionibus & Procuratoribus.

Ad num. 1. in fine adde. Tributorum genera consueta sunt quatuor. *Census* à capite seu capitando dictus, impositus personæ in signum subjectionis. *Tributum*, quod solvitur de fructibus terræ. *Velligal*, quod penditur pro reparatione viarum, pontium. *Pedagium*, quod impenditur pro earundem viarum custodia & securitate. Franc. de Arauxo *disp. 12. diff. 2.* ex Dominico Soto.

Ad num. 3. in fine adde. Episcopi & ceteri Prælati Ecclesiarum novos census in eis imponere, aut aliquam partem fructuum sibi reservare nequeunt. Gonz. ad cap. prohibemus 7. h. r.

Ad num. 5. in fine adde. Ex jure naturali tenentur alere Regna suos Reges, & tribuere subsidia necessaria; est enim Rex pastor ovium rationalium, Sicut igitur pastor jus habet, ut de ovium suarum lacte & vellere alatur, ita & Rex ut de suorum bonis superfluis ad instar lactis & velleris, quæ ovibus superflua sunt. Item Respublica comparatur ad Regem, ut nutrix ad infantem, quem de suis uberibus lactat, qui jus habet sugendi lac pro sustentatione necessarium, non tamen sugendi nutricis sanguinem, quem natura dedit pro ipsius matris seu nutricis conservatione. Unde in Proverb. qui nimis emungit, elicit sanguinem. Franc. de Arauxo. *de stat. Civil. disp. 12. diff. 2. n. 1.*

Ad num. 9. in princ. adde. Ad capi. 6. h. r. Observa quod Cardinales fuerint inferiores Episcopis ordine & dignitate ulque ad tempus Clementis V. Unde non mirum, quod Cardinales in isto capitulo postponantur. Ab Andler. in Jurispr. Rom. *de stat. Hom. p. 1. n. 21. & seqq.* Hic ordo recensetur. Evaristus titulos Presbyteris distribuit, septemque Diaconos constituit Anno 267. Dionysius Parochias assignavit & Episcopis Dæceses constituit. Marcellus titulos Presbyteris datos ad 25. reduxit, qui ab initio Cardinales dicti, quod ab his tanquam Cardinibus Ecclesia DEI dirigeretur. Bonifacius III. Cardinales uti Senatores mirificè extulit. Innocentius IV. circa Annum 1244. ut equo insidentes rubro galero uterentur statuit, in signum, quod parati sint pro Religione sanguinem effundere. Paulus II. vestem coccineam cucullo insignem adjecit, ut hac quoque cum rubenti petaso spectabiles essent. Sunt quidam Cardinales Episcopi, quidam Presbyteri, quidam Diaconi. Primi vocantur fratres Pontificis, reliqui autem filii; Antiquior autem Decanus, plura ibi. Franc. de Arauxo *de stat. Eccl. tract. 2. q. 15. n. 19.*

Dignitas Episcopalis est suprema in Ecclesia; etiam respectu Cardinalatus. Glin Can. quanquam 2. q. 7. & n. 20. Ita ut usque ad tempus Bonifacii VIII. Episcopi non creabantur Cardinales, ne descenderent.

**

3

AD

A D T I T. XXXX.

De Consecratione Ecclesie & Altaris.

AD num. in fin. adde. Busenb. lib. 6. tr. 3. c. 3. dub. 5. Ad Missam requiritur sub gravi sacrilegio Altare consecratum ab Episcopo, vel Abbate (hunc enim Altaria, Calices, & Campanas posse consecrare etiam ad usum alienarum Ecclesiarum docet Diana cum Barbof. & aliis ex declaratione Cardd. & privilegio Innocenti III.) vel Sacerdote privilegiato, stabile vel portabile &c. ubi de reliquis requisitis ad Missam.

Ad num. seqq. adde. Reconciliatio fieri debet ab Episcopo, vel Sacerdote ex privilegio Papæ (quale Superiores Regularium pro suis Templis habere quidam volunt,) si fuit Ecclesia consecrata, (quod præsumendum si celebretur Festum Dedicationis,) si verò fuit tantum benedicta, potest fieri Reconciliatio à simplici Sacerdote asperzione aquæ benedictæ cum facultate Episcopi, vel sine ea secundum Dian.

Ad num. 16. in fin. adde. Ex Sanni. tom. 3. dist. 5. q. 10. n. 26. Si corruant parietes, non tam violatur quam execratur Ecclesia, inter quæ discrimen, nam polluta Ecclesia polluntur etiam omnia Altaria; Execrata autem Ecclesia per lapsum parietum, non idè etiam execrantur Altaria. Ita Abb Sylv. Item Busenb. lib. 6. tract. 3. cap. 3. dub. 4. ubi addit, quod non execretur per desolationem, exercitium hæreticum, spurci-

tias hominum, vel animalium illic stabulatorum &c. Et si doceat, & praxis habeat, ut per Episcopum vel Sacerdotem cum aliqua Ceremonia reconcilientur & abluantur, quod in simili casu etiam de Altari intellige. Ecclesia execratur, si parietes secundum majorem partem destruantur, vel omnium eorum crusta, aut major saltem pars simul auferatur.

Altare execratur, 1. si, cum fixum est, lapis consecratus removeatur ab inferiore structura 2. Si ita frangatur sive fixum, sive portabile, ut in nulla ejus integra parte calix cum patena possit consistere. 3. Si spolietur sepulchrum, quod tamen quidam negant.

Calix execratur, si notabiliter frangatur, vel ita, ut fiat inutilis ad usum sacrificii, v.g. si foramen fiat in fundo licet minutissimum, vel si figura destruat, non tamen si intornatili pes separetur à cuppa, quia in eo consecratur sola cuppa. Neque execratur si pereat inauratio, quamvis soleant post novam inaurationem denuò consecrari, id tamen necessarium non est, etsi deceat, ut abluatur aquâ benedictâ. Ubi etiam vide, quando vestes sacræ execrentur, si saum perdant usum.

A D T I T. XXXXI.

De celebratione Missarum & Sacramento Eucharistia, & Divinis Officiis.

Questionem 17. tract. 2. de stat. Eccl. sponit Franc. de Arauxo. Utrum valor

valor Missæ sit tantus, ut si offeratur pro pluribus, tantundem proficiat illis, ac si pro uno duntaxat offeratur? Cajetanus affirmat, quia est infiniti valoris ratione rei contentæ & oblatae. arg. Can. immolatur. de consecr. dist. 2. Can. non mediocriter de consecr. dist. 5. Unde etiam ex ritu offertur pro vivis & defunctis. Sylvester distinguit. An Missa offeratur oblatione communi & generali, si scilicet Sacerdos intentionem referat ad multitudinem fidelium in communi, & tunc non prodest tantum singulis. Vel oblatione sigillata intentionem referendo ad singulas personas sigillatim & in particulari, & tunc tantundem singulis prodest. Ratio: quia quantitas satisfactionis respondens huic Sacrificio dependet maxime ex intentione ministri, quæ minuitur in singulis, quibus fit applicatio generalis; secus autem si fiat specialis. Unde Missæ defunctorum plus profunt defunctis, item leguntur Missæ pro certis necessitatibus ob specialem intentionem. Tertia sententia, quam etiam tuetur, & est communis, quod sacrificium Missæ non tantum pluribus pro ut ad satisfactionem, quantum prodest, si pro uno duntaxat offerretur. Ubi prænotandum 1. In Sacramento Eucharistiæ præter orationes & collectas, quas Ecclesia adjunxit, & quæ tantum operantur per modum meriti & impetrationis reperiri duo. *Rationem Sacramenti, & rationem sacrificii* à se distincta. Sic dum affertur, vel in die parasceves sumitur Hostia, est Sacramentum, non tamen sacrificium, quod tribus actionibus, Oblatione, Consecra-

tionem & consumptionem *completur*. Dico *completur*: quia si incidere Festum die parasceves, tenerentur & illam partem tum fideles audire. Prænotandum 2. sacrificium non in re contenta, sed in ea triplici actione fortiter consistere. Prænotandum 3. quod Eucharistia ut Sacramentum operetur effectivè physicè gratiam & ex opere operato. Ut *Sacrificium* autem tantum moraliter & satisfactoriè relaxando penam temporalem pro peccatis debitam. Ex quo deducitur ratio, quod ut tale sit valoris finiti, utpote non consistens in re oblata, sed in actione offerentis, quæ est finiti valoris & virtutis; ergo. Confirmatur. Oblatio 1. JESULI, facta à B. Virgine in Templo per manus Simeonis est valoris & dignitatis finita; ergo. Altera autem oblatio, qua Christus se in Cruce obtulit, est valoris infiniti, quia dignitas offerentis est infinita. Tertia ergo, qua Sacerdos offert, erit etiam tantum finiti valoris.

Confirmatur. Actiones Theandricæ, id est DEI viriles à Christo factæ v. g. Jejunium &c. sunt infiniti valoris, quia ipse valoris infiniti.

Ratio 2: Sacrificium prodest per modum solutionis debiti, quæ si ad plures extendatur, eò minus singulos tangit.

Ratio 3. Quia aliàs sequeretur, quod Sacerdos pro una Missa posset à pluribus accipere pœnitentias seu solutiones. Vel etiam uni, cui debet decem v. g. satisfacere, si legat unam. Quod Urbanus VIII. prohibuit. Quamvis spectato jure naturali possit Sacerdos pro una Missa duas, vel ad summum tres accipere.

accipere, si una non sufficiat pro diario victu, & aliunde non habeat, & non promiserit se solum pro illo eam oblaturum. Quia qui Altari servit, debet de Altari vivere.

Ex Sanni. *com. 3. dist. 4. q. 12. ad cap.* cum Marthæ h. t. tenet probabilius, quod aqua mixta vino prius convertatur in viam per *d. c.* & ex eo, quod præcipiat Ecclesia modicam quantitatem affundi, utique ex eo, ut possit prius converti in viam. Item quod solum vinum sit materia consecrationis; & arg. Trident. *Sess. 13. Can. 2.* Item quia aqua non numeratur inter res nutritivas; est autem ibi cibus & potus animæ nutritivus. Hinc ex *q. 13. PP.* loquentes de conversione in sanguinem intellige mediante aquæ conversione in vinum. Et sic de hac Thesi fuit interrogatus Pontifex in *d. c. Num aqua convertatur* in sanguinem, quam decidit Concilium Triburienste, decernens tertiam partem aquæ admiscendam, fuit provinciale & abrogatum per Generale. Si in fine Missæ advertatur sola aqua, debet affandi vinum & immediatè consecrari, ubi non potest fieri conversio. Resp. Vel fieri, vel manere aquam cum speciebus vini. Aliàs per se habet vinum nativas quasdam activas qualitates secundas, quibus facit interveniente aliqua morâ illam conversionem, licet non habeat formalem siccitatem appositam humiditati aquæ, nec calorem oppositam frigori. Extractas à Chymicis guttas aquæ vino mixtas vel negat, vel ait esse attenuatas substantiales partes vini.

Ad num. 5. in fin. adde. In quo con-

sistat forma? Idem *d. dist. 4. q. 15. Essentia* tantum requirit hæc verba: *Hoc est Corpus meum.* Dummodo inveniat Corpus Christi. *q. 16. Hic est Calix sanguinis mei, vel Hic est sanguis meus.* Item *q. 17.* quod Sacerdos hæc verba, & recitativè seu materialiter & historialiter, & etiam significantivè & formaliter proferat. Quia dicitur in Canone *dicens.* Ergo recitativè Et affirmat etiã ibi esse, ergò significantivè. Et hæc prolatio *necessaria* est & etiam sola sufficit.

Ex eod. *dist. 5. q. 1.* Sacrificium est propriè actus Religionis externus, & oblatio Reicum sui immutatione facta in ordine ad DEUM immediatè significans DEI excellentiam ac supremum dominium cum subjectione sacrificantis ad ipsum. Sacrificium legis *natura* ex opere operantis ratione Fidei effectum habuit. *Legis veteris* etiam tollebat immunditias legales. *Novæ legis* ex opere operato. Offerbantur vel *animalia* quæ victimæ seu *Hostiæ* à victoria. Vel *fructus*, qui *immolationis* à mola seu molito faretur, vel *liquores* & *libamina* dicebantur. Ratione formæ si totum igne consumebatur, dicebatur *holocaustum*, id est ascendens, si partim in usum Sacerdotum, *Hostia*, si etiam partim in usum offerentibus cedebat, *Hostia pacifica.* Item aliud *cruentum*, aliud *incrumentum*. Item aliud quando offertur totum ad DEUM colendum, *Eucharisticum*, quando in gratiarum actionem. *Imperatorium* pro beneficiis accipiendis. *Propitiatorium* pro peccatis & pœnis avertendis.

Ad num. 7. Adde ex eod. dist. 5. q. 21.
Requi-

Requiritur ad celebrandum *Ara* seu Altare ex lapide plano *Chrismate*, ab Episcopo delibatum. *Can. Altaria dist. 1. de Consecrat.* quod vel fixum, vel portatile. Illud consecrationem amittit, si à pede vel columnis amoveatur, hoc non, licet ex ligno exponatur, modò non frangatur notabiliter. Quo casu etiam calix consecrationem perdit, non etiam per usum intus de auretur; si autem de novo in auretur, *utinus* est, ut de novo consecretur. Sit ex auro, argento, vel saltem *st. anno* cum patena. *Can. ut calix de consecrat. dist. 1.* Ex cupro forte, si *fortiter* inauratus. Pixis seu ciborium, item lunula in Monstrantia satis est, si sint benedicta. Purificatorium non debet esse necessariò benedictum. Requiritur item Alba, cingulum, manipulus, Stola & Casula, aliàs mortale, nisi necessitas. Porest etiam quis stola pro manipulo & cingulo, & manipulo oblongo pro stola, quia habent similem benedictionem, uti. Altare mappa triplici, vel saltem duplici tectum esse debet. Corporale & palla ex lino benedicuntur ab Episcopo, vel alio potestatem habente, lumen accensum. *cap. literas h. t.* Si Missa celebretur super Altari non consecrato, vel in calice, per hoc ipsum consecrantur. Absque ministro in necessitate Missa legi potest. *Fœmina* minister esse nequit *cap. inhibendum. De cohabit. Cleric. & mul.*

Ad num. 8. in fine adde. Privilegium istud non esse revocatum per Trident. bene probat idem *d. dist. 5. q. 12. n. 6*

Ad num. 10. in fine adde. Idem tenet *Busenb. lib. 1. tract. 2. cap. 3. dub. 5.* qui

addit, quod votum & pœnitentia in confessione inuncta plerumque non impleantur per actum aliàs debitum, quia hæc non est mens votentis, vel Confessarii. Unde si sit, etiam impletur. Eodem modo actu uno plura violans præcept., non nisi unum peccatum committit, si habeant motivum formale idem, ut in jejuniò &c. vel in casu isto. Secus si diversum, ut, qui violat præceptum & votum. Item adulteratur cum uxore alterius.

Idem *Busenb. lib. 4. cap. 2. dub. 2. art. 1. ad finem.* Et si habens plura beneficia satisfaciatur unica recitatione horarum, tenetur tamen tot facere commemorationes, quot sunt beneficia seu Patroni beneficiorum, quia par est omnium ratio.

Ad Num. 35 in fin. adde. Busenb. lib. 4. c. 2. dub. 2. art. 2. Sive omissio horarum (abstrahendo à multiplicatione actuum voluntatis) sit unum numero peccatum, ut vult *Bonac.* sive sint plura formaliter, ut docet *Less.* sive unum multiplex ut *Suar.* Sive unum pluribus æquivalens &c. probabile tamen est, in Confessione explicandum quot horæ sint omissæ; eò quod sit circumstantia tenens se ex parte objecti, & constituens actum in ratione sua individuali.

Ad num. 38. in fine adde. Quæres, an, si quis habeat solum diurnale, veniat recitare partem matutinalis Officii, scilicet Psalmos & Antiphonas sine Lectionibus & Responsoris, quæ sunt in Breviario? *Navarr.* affirmat id universaliter, contrarium sentientes irridendos esse ait. *Thomas Sanchez* ait excusari eum si sit officium novem Lectio-

H

num,

num, quod tunc hæc sint pars principalior & essentialis, sine qua pensum matutinale non solvatur: sine autem sit trinum Lectio, non excusari, eò quod tunc Lectioes sint materia levis & modica, adeoque insufficientes ad tollendam moralem matutinalis pensu integritatem, Joannes Sanchez ait indistinctè talem excusari, eò quod sine Lectioibus nõ salvetur integritas substantialis matutini. Quam sententiam sequitur Franc. de Arauxo de *stat. civ. disp. 9. casu ultimo n. 8.* qui addit, quod malit irrideri à Navarr. quàm novem aut etiam duodecim Psalmos cum solo diurnali in vanum recitare.

A D T I T. XXXXII.

De Baptismo & ejus effectu.

Pater Sannius *tom. 3. dist. 2. per quaestiones 16. tractat. de Sacramento Baptismi.* Ubi ex quaest. 1. notandum, quod tempus instituti hujus Sacramenti aliqui assignent ante mortem, dum Christus in Jordane baptizatus. alii quod Joannis 3. dixit ad Nicodemum: *Nisi quis renatus &c.* alii post Resurrectionem Matth. ultimi. quando dixit: *Euntes baptizate &c.* Scotus tenet institutum ante mortem Christi.

Ex quaest. 2. Est necessarius necessitate medii. Est autem necessitas medii, quando aliquid est ita necessarium, ut eo prætermissio vel scienter, vel ignoranter, vel ob impotentiam salus nullatenus acquiritur. Necessitas autè præcepti, quo prætermissio per ignoran-

tiam vel impotentiam salus adhuc acquiritur. Ex quaest. 3. Pro Baptismo fluminis suat textus promittentes salutem poenitentibus Ezech. 18. Si autem impius. item Actor. 10. Cornelius Centurio justificatus ante Baptismum fluminis. Item Trident. *Sess. 14. c. 4.* Pro sanguinis Matth. 10. Qui confitebitur me &c. Marci. 8. qui perdidit animam suam &c. Ex quaest. 5. Qui fictè, id est indispositè accedit, hoc tamen invincibiliter ignorat, quàm fictionem negativam vocant, is per collationem Baptismi characterem acquirit. Postea autem recedente fictione per solam attritionem producit in eo gratia, & peccata remittuntur. Si autem suscipiatur cum obiectè seu fictione positiva, id est, quando actu mortaliter peccat in susceptione, vel habitualiter voluntariè perseveret in peccato mortali, non operatur suos effectus, nisi obex tollatur vel per contritionem, vel attritionem unà cum Sacramento poenitentiae.

Ad num. 5. in fine adde. Ex quaest. 7. Scotus tenet contrariam sententiam. Rationem etiã dat hanc: quia nõ potest propriè dici ablutio, nisi fiat immersio & emerfio. Item quod sufficiat etiam unius guttæ quantitas, dummodo fluat ac extendatur per alias corporis partes.

Ad num. 6. in fin. adde. Ex quaest. 8. Græci habent formulam: Baptizetur servus Christi in nomine &c. Ratio: quia ortum fuit dissidium, & dicebant Christiani propter ministrum, qui eos baptizabat: Ego sum Pauli, ego Cephæ ad Corint. 1. Unde ut schisma hoc tolleretur, ordinata fuit dicta formula.

Ex

Ex quæst. 9. Temporibus Apostolorum licitè & validè Baptismus si bat solius Christi nomine expresso. Probarur *Act. 2. 38.* Item *Act. 8. v. 16.* Item *Act. 10. v. 48.* item ex Can. à quodam. *de Consecrat. dist. 4.* An hodie valeret, non vult determinare. Scotus putat sub conditione esse rebaptizandum.

Ex quæst. 10. Substantialis mutatio in forma ponit irritum Sacramentum, vel per additionem; sic non valet: baptizo te in nomine Patris, increati, Filii creati &c. qui tollit increatæ Trinitatis invocationem. Vel addendo: in nomine B. Virginis, nisi hoc tantum devotionis vel intercessionis causa addatur. Vel per variationem v. g. in nomine domini. In nomine DEI U-nius & Trini. in nomine primæ, secundæ & tertiæ personæ. In nomine Ingeniti, Geniti & Doni. aliqui tamen de his formis dubitant. Probabiliter valet: In nomine Genitoris, Geniti & spirati: quia videtur sufficienter exprimi Trinitas secundum proprietates personales, & originem unius ab altera persona.

Omissio in lingua latina ly, Ego. In. & Amen. non irritat. Vitiat transpositio substantialis: Te *Pater* ego baptizo in nomine &c. non etiam *Te ego baptizo ego.* Vitiat interpositio vel interpunctio notabilis: quia non esset actus continuus.

An baptizari possit neque actuale neque originale peccatum habens? Aff. quia ad salvandam veritatem practicam formæ baptismi non requiritur nisi materia cum applicatione debita formæ, intentione ministri, & aliquo consensu baptizandis, & quod aliquem

effectum in eo sortiat, quod fieri potest, & erit effectus Character in B. Virgine, in aliis Sanctis augmentum gratiæ. Quod autem dicitur: Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum. Intellige ordinariè & ex instituto si adsint, ut sit differentia inter formam pœnitentiæ, quæ expressum semper dicit ordinem ad peccatum præteritum, ut patet ex verbis: *Absolve te per modum Judicis.* Baptismus a. ex sua ratione non importat aliud, quàm nitorem & munditiem rei lotæ, sive id fiat per amotionem sordium, si insint, sive per additionem pulchritudinis, si sordes non insint.

Ex quæst. 12. An monstrum humanum baptizandum? Si sit dubium an sit homo vel bestia, videndum an caput & pectus sub quo cor latitat, humanam formam habeat, & potest baptizari, secus si bestialem. Si dubium an plures animæ, tunc una pars, de qua certum, simpliciter, altera sub conditione baptizabitur. Probabile indicium duarum animarum si habeat duo capita, si duas spinas dorsi, si duplex cor; in adultis evidens erit signum, si habeant diversos & contrarios actus voluntatis & intellectus, una v. g. vult sobriè vivere, altera verò lascivire.

Obsery. Differentias inter baptismum Christi & Joannis, quia hic non conferebat gratiam ex operato. *Trident. Sess. 7. de Baptismo.* Fuit à puro homine institutus & promulgatus. Non erat sub præcepto & pro solis adultis, non imprimebat characterem, poteratque iterari, nec conferebatur in nomine Trinitatis. Secus in Christi.

Ad num. 18. in fine adde. Ex eod. quæst. 13. Ex communi DD. parvulos infidelium agonizantes absque controversia posse baptizari parentibus in vitis. Quia lex charitatis erga proximum salvandum hoc petit.

Item quod parvuli Judæorum & infidelium subditorum Principibus Christianis etiam civiliter tantum, seu quoad jurisdictionem temporalem possint licite baptizari in vitis parentibus, maxime adhibita cautela, ne sub parentum cura relinquuntur est Scoti contra Zoef. & Th Ratio : quia in dominiis subordinatis obediendum est dominio Superioris, id est, DEI potius quam parentum, maxime in iis quæ spectant ad salutem animæ. In d. addit, quod plus est, inquit Scotus, videtur religiosè fieri, sit & ipsi parentes cogantur minus & terroribus ad suscipiendum baptismum. Unde in Concil. Tolet. 4. multum commendatur pietas Aseburii Hispan. Regis, quod Judæos coegerit ad fidem, & inde dicitur *Religiosus Princeps*.

Ex quæst. 15. An quis se ipsum possit baptizare? Respondetur negat. quia alius esse debet, qui gignit, & qui gignitur etiam Sacramentaliter. An unus plures simul? Respondetur affirm. si necessitas. Dicendo: Baptizo vos ubi ly vos includit in se singulare pluries geminatum.

Quæres, si baptizans dicat: *Nos te baptizamus* an valeat. Respondetur affirm. Quia h. cly nos significat tantum unum ministrum. Si duo simul & abluerent & proferrent verba, teneret quidem Baptismus, sed tamen

probabiliter unus solus baptizaret cum effectu Sacramentali, quem DEUS determinaret, sicut contigit de duobus Sacerdotibus simul unam hostiam consecrantibus.

Ex quæst. 16. qui adhibet patrinum hæreticum absque necessitate peccat. Est communis: quia non solet spondere ex corde de instruendo in rebus veræ Fidei, licet è contra baptizante hæretico, Catholicus patrinus esse possit, quia non communicat in exercitio pugnantem cum veræ Fidei professione. Busenb. lib. 6. tract. 2. c. 1. dub. 1. Dabius est, si tantum una vel altera gutta abluatur. 2. Si tantum pars minus principalis v. g. digitus, manus, pes. 3. Si tantum crines sint tincti. 4. Si infans adhuc involutus secundinæ peccat venialiter. Qui loco *re* dicit Petrum. Vel donationem, vel loco Baptizo, abluo. Dub. 4. Monstrum quod capite & pectore formam hominis refert esse baptizandum. Secus si bestiam. Quod si caput tantum sit ferinum, non, vel differendum. Si membra geminata, semel absolute, postea sub conditione.

AD TIT. XXXV.

De Reliquiis & Veneratione Sanctorum.

Observe ex Franc. de Arauxo quæst. 23. n. 2. quod Canonizatio sit Decretum definitivum, quo Summus Pontifex definitive constituit solenni ritualiquem hominem vitam sanctam in Catalogo Sanctorum, ut possit ac debeat vocari Sanctus, & à fidelibus coli

coli tanquam Sanctus. In quo Papam errare non posse, est certum de fide, quia procedit ut Caput Ecclesie & Organum Spiritus Sancti.

Beatificatio autem sit tantum permissio quædam ut valeat vocari Sanctus, utque fideles de illo possint officium recitare, aut etiam sacrum facere. Præmittitur tamen etiam in hac processus five informatio cum fiscali. Item n. 3. Testimonium sufficiens ad Canonizandum sunt: Exemplares virtutes, vel miracula, item extases ac revelationes, quamvis valde circumspiciendæ in omnibus sit procedendum. *Extasis* autem propriè est, quando DEUS efficit mentis excessum mediante aliquo ferventissimo amore charitatis, spectat enim extasis magis ad voluntatem. Quod si autem iste excessus fiat mediante aliqua vehementi supernaturali divinorum contemplatione, propriè raptus dicitur, qui magis pertinet ad intellectum. Idem ibid. n. 60.

AD TIT. XXXVII.

De Purificatione post partum.

AN maritus in exigendo, femina in reddendo debito peccet, tempore purificationis post partum, id est illo tempore, quo immunditia & sanguinis profluvijs durat? Respondet Franc. de Arauxo *disp. xv. q. 4. n. 22.* Nec lethaliter nec venialiter peccare. Tum quia nulla invenitur prohibitio, nequeratio ulla urget multiplicandi in conjugibus peccata, quibus datum est matrimonium pro remedio concupis-

centiæ, non pro laqueo aut occasione peccandi. Non obstat. *cap. fin. d. 5. dicens; Nisi purificationis tempus prius transierit, viris suis non debent admisceri.* Quia vel consilii tantum est, vel intelligesi famina gravis morbus inde immineret probabiliter, & tunc judicanda esset culpa juxta morbi gravitatem, ejusque probabilitatem.

Mulier post partum statim potest ingredi Ecclesiam, nec tenetur abstinere per aliquot dies secundum legem Mosaicam. Gonz. ad cap. un. h. t.

AD TIT. XXXIX.

De immunitate Ecclesiarum, Cœmisterii, & rerum ad eas pertinentium.

AN sit contra immunitatem seu libertatem Ecclesiasticam, si Princeps (sicut fecit Rex Catholicus Matriti & Cordubæ) vendat *uni* jus locandi & commodandi: pro certo tantum pretio paramenta nigra, hastilia, candelabra, & similia pro exequiis defunctorum, cum prohibitione ne ullus possit ea e-locare aut commodare? Franc. de Arauxo *disp. 12. de stat. civ.* Ubi in 4. ait: Libertas Ecclesiastica est naturalis facultas Ecclesie faciendi quidquid jure ac lege non sit prohibitum. Resolvit 1. Talis privilegarius non potest impedire ne Ecclesia sua habeat apparatus & iis ipsa utatur, potest tamen Ecclesias impedire ne aliis locet vel commo- dent pro exequiis alibi celebrandis. Ratio quia per hoc non tollitur aliquid quod esset Ecclesie in sensu formali, vel

proprium Ecclesiæ ut Ecclesia est. (imò prohibitum ne negotientur c. multa c. secundum. *tit. seq.* Unde si gratis commodarent, esset actus amicitie,) sed ut est Communitas quædam, vel persona privata patiens temporalem necessitatem, ut non lædatur libertas, sunt enim hæc res temporales & magis vivorum solatia, quam subsidia mortuorum. *Can. animæ xlii. q. 2. Sic & Tributum imponi potest saluti, thuri, cere, quamvis hæc res etiam ad usum Ecclesiæ sint necessaria. Unde idem num. 13. habet: Zelus Ecclesiastica libertatis scientia & prudentia est temperandus. Ad cap. fin. de rebus Eccl. alien. in quo fit mentio mortuorum, respondet non intelligi hæc apparamenta, sed res, quæ profunt defuncto uti sacrificia, legata pia. Et ita Panormit. Unde infert non valere constitutiones, ut pro anima defuncti non legantur nisi tot sacra &c. Sic nec valent ratione vestium sacratarum, quia hæc sunt Ecclesiæ in sensu formali & spiritualibus annexæ.*

AD TIT. L.

Ne Clerici vel Monachi secularibus negotiis se immisceant.

AD num. 1. in fine adde. Prælati Ecclesiastici non tenentur (imò nec possunt) ea, quæ ad bonam Ecclesiæ conservanda sunt necessaria, v. g. lites &c. omittere ad evitanda scandala pharisaica, imò etiam pusillorum, etsi his prius reddi debeat ratio rectitudinis. *Busenb. lib. 2. tr. 3. cap. 2. dub. 5. art. 2.*

Negotiatio est, cum quis rem sibi comparat eo animo, ut integram & non mutam cariùs vendendo, vel permutando lucretur. Quod quia obnoxium est periculo multorum peccatorum, & valde distractivum ac indeceus statui Clericali sic lucris inhiare, ideò prohibitum Clericis in sacris & Religiosis sub mortali, si multam negotiationi dent operam. *Busenb. lib. 3. tr. 5. cap. 3. dub. 8. art. 2.*

Nec licet Clericis, vel Monachis laici causâ possessiones conducere; Ministros & Procuratores esse Laicorum. Nec proferre, nec dictare sententiam sanguinis debent, nec quidquam aliud exercere, per quod ad effusionem sanguinis perveniat. *Gonz. ad c. 5. & 6. h. tit.*

LIBER QUARTUS.

AD TITUL. I.

De Sponsalibus & matrimoniiis.

Observandum. Si lis inter desponsatos oriatur super valore vel nullitate sponsaliorum, quæ amicabiliter componi non possit, quòd Parochus non debeat esse Judex causam suâ sententiâ dirimens, sed debeat partes ad Consistorium Episcopale remittere juxta text. & *DD.* in cap. 1. de consangu. & affin.

Ad num. 3. post verbum. Repromissio, adde. Si Titius promissit nuptias Cajæ, & hæc acceptet sine repromissione, neuter

neuter obligatur : quia cum contractus sponsalium sit onerosus & reciprocus, non potest claudicare, involvit enim conditionem, si repromiserit. Quod si tamen Titii promissio fuisset absoluta & gratuita & acceptata à Caja, solus Titius obligaretur, non vi sponsalium, sed simplicis promissionis. *Busenb. lib. 6. tr. 4. cap. 2. dub. 1.*

Ad num. 5. in princ. adde. In cap. juvenis h. t. hic casus est: Juvenis duxit nondum septennem, & traduxit in domum, & tentavit copulam, quam complere non potuit. Postea duxit consobrinam, Pontifex mandat, ut separetur propter impedimentum publicæ honestatis, quod hic resultat non ex sponsalibus, quæ nulla sunt, sed ex traditione & dubitata copula.

Dices: Impedimentum publicæ honestatis tantum operatur in gradu primo, nisi resultet ex matrimonio rato; consobrina autem est in secundo. Respondetur ad antecedens, hodie vi Tridentini Conc. olim neg. duravit enim usque ad quartum. *Sess. 24. cap. 3. de reformat. matr.*

Ad num. 9. in fine adde. Si conjuges matrimonium vel sponsalia contrahant per verba obscura, sequi tenentur communem intelligentiam. *Gonz. ad cap. ex literis 6. h. t.*

Ad num. 15. in fine. Quæres si sponsi in solenni sponsaliorum contractu vulgò *Handstreich* in præsentia Parochi & testium utantur verbis de præsentem, erit nê matrimonium? Respondet *Layman. cap. 4.* hac in materia negativè. Quia præsumi non debet eos voluisse cum peccato contrahere; ergò præsumuntur tantum sponsalia.

Secundò, inquit, posito quod habuerint intentionem contrahendi de præsentem, non potuerunt, quia hanc intentionem Parocho & testibus non significarunt, qui si illam seiverint, erit matrimonium, licet non licitè initum. Unde punientur. *cap. fin. de clandest. de sponsatione.* E si subit aliquod dirimens impedimentum, proles non erit legitima, licet id partes ignorent, nec facile dispensatur.

Ad num. 16. circa finem adde. Sponsalia liberè contracta, juramento firmata necessitant ad palam contrahendum, *Thom. Trivisian. lib. 1. decis. 9.*

Ad num. 19. in fine adde. Qui simulatè matrimonium init, grave peccatum committit, tum factilegii contra reverentiam Sacramenti, tum injustitiæ, quam alteri infert (quod etiam fit in sponsalibus fictè initis, de quibus hoc num.) unde tenetur damnum refarcire, quod plerumque aliter fieri non potest, nisi ut deposita simulatione eam vero consensu in uxorem accipiat, solo etiam animò, quod hic sufficit, *Laym. tr. 10. cap. 6.*

Quæres si is, qui cum prima simulatè contraxit matrimonium, relicta illi aliam validè ducat: Ecclesia autem, quæ fidionem non probatam non credit, compellat ad prius matrimonium, quid ei agendum? Respondet idem. d. c. 6. quod possit quidem primæ aliquam diu cohabitare, ut præcepto Ecclesiæ satisficiat; debet tamen in foro externo potius humiliter etiam excommunicationem sustinere, quam ut in copulam consentiat, quia esset adulterium intrinsecè malum. *arg. cap. inquisitioni de sentent. excom.*

Ad

Ad num. 22. Circa medium post verba nisi vi præcisâ. *Addo.* Objicies num. 13. supra de convers. conj. t. in quo dicitur, quod sponsa vi præcisâ cognita invito marito non possit ingredi Religionem. 22. in d. n. 3. agi de sponsa de præsentî, hic de sponsa de futuro. Unde disparitas.

Ad num. 31. in fine adde. Huic numero videtur ob stare numeros quartus, supra de convers. conjugat. Ubi deflorata ducta in uxorem adhuc potest ingredi Monasterium modò post matrimonium non fuerit cognita. Resp. disparitatem esse, quod in num. quarto agatur de simpliciter habita copula, hic autem de copula obtenta sub spe matrimonii.

Ad num. 40. in princ. Per supervenientem fornicationem. Intellige indistinctè etiam in sponso. Aliud si priùs fuerit fornicatus, Bosenb. lib. 6. tr. 4. c. 1. dub. 3.

Ad num. 51. in fine adde. De matrimonio secundum se Sannius eo. 3. dist. 17. & seqq. q. 1. num. 1. ait. In matrimonio tria distingui debent: Contractus matrimonialis in fieri; vinculum ipsum inter conjuges permanens; & ratio Sacramenti.

Ad num. 52. in princ. Nota. Ad definitionem addere Theologos, quod matrimonium sit conjunctio &c. In signum gratiæ efficaciter conferendæ divinitus instituta.

Quòd matrimonium ratum sit Sacramentum declarat Tridentinum Sess. 24. Can. 1. Et suadet ratio: quia matrimonium Christianorum est indissolubile; ergò requiritur Sacramentalis

gratia, ut tantum onus absque salutis dispendio sustineatur, præsertim si conjux sterilis, morbidus &c. alioquin esset gravius jugum legis Christianæ, quam Mosicæ in qua ad ejusmodi difficultates superandas & pluralitas uxorum, & libellus repudiî permittebatur.

Ad num. 31. in fine per verba: quod per leges nomen assumpserit. Intellige, quòd secundum jus civile legitima conjunctio fuerit.

Ad num. 63. in fine adde. Mutus simul & surdus, vel seorsum matrimonium contrahere potest, furiosus autem matrimonium contrahere nequit. Gonz. ad c. 23. & 24. h. t.

Ad num. 65. in fine adde. Si Procurator ineat Matrimonium, debet Principalis sub peccato mortali eo tempore, quo credit Procuratorem illud initurum, esse in gratia, tum enim ipse suscipit Sacramentum, sive vigilet, sive dormiat Bonac. in verb. matrimon. n. 6.

Ad num. 70. in fin. add. Dicuntur filii seu liberi injusti, qui procurati sunt ex nuptiis, quæ fuerunt sine consensu parentum initæ, quia non fuerunt secundum legem præscripta juris Civilis initæ. Sicut de jure Canonico vocatur concubina, uxor, quæ non est solenniter ducta.

Ad num. 73. Observa ex Laym. hac in materia c. 5. qui Navarrum citat, quòd tradat, licet in foro fori requiratur metus justus, quòd nihilominus coram DEO sufficiat quivis metus etiam levis, modò sit causa sine qua non, ad infirmandum matrimonium vel Religionis professionem.

Quæres, si ipse contrahens metum incussit,

incussit, habebitne taliter initum matrimonium vim sponsalium in favorem innocentis, ita ut huic competat jus cogendi alterum, ut servet promissa? Navarr. affirmat. Laym. cum Sanchez negat cum teneri ad ratificationem matrimonii ante judicis sententiam, modo pro damno aliter satisfieri possit. Rationem dat, quod contractus reciproci claudicare non possint, secus ait esse, si contractus rescindendi, quæ ratio non placet; nam contractus bonæ fidei, quibus dolus causam dedit, claudicant propter dolum inducentis, ex cuius parte tenent.

Ad num. 74. Quæres: Quid si metus justus ab homine etiam privato incutiatur, puta si pater stupratori filia suæ minetur accusationem nisi eam ducat, tenetne matrimonium? Affirm. Laym hic cap. 5. Idem Busenb. lib. 6. tr. 6. c. 3.

Sed quid si pater minetur mortem? Videtur non tenere. Quia cum pater talem potestatem non habeat, non est metus justè incussus. Busenb. lib. 2. tra. 6. c. 3. dub. 2. ait, si ad mortem decumbens contrahat cum filia Medici aliàs mederi volentis, tenere matrimonium; (alii tamen quidam negant.)

Ad num. 82. in fine adde. Pœnæ adjectio reprobat, ita ut culpa saltem venialis sit sponsalibus pœnam adijcere. Unde in neutro foro frangens fidem & resiliens tenetur pœnam solvere; etiam si resiliat injustè. Ita de Arauxo. De stat. Civil. disp. xi. q. 8. n. 16. cum Sanchez. lib. 1. de sponsalib. disp. 10.

Si tamen pars læsa acceperit pœnam pecuniariam à parte resiliente, non te-

netur eam restituere ibid. n. 19. donec pars repetat, & juridicè ad restitutionem condemnetur, quia licet prohibeatur promissio, & solutio, & obligatio eam solvendi irritetur, non prohibetur tamen acceptio & titulus eam retinendi per d. cap. gemma & L. Titia sicut in lusu, in testamento imperfecto, & in stipulatione turpi. L. generaliter 36. ff. de V. O. Laym. ait quod cap. gemma h. t. sit intelligendum, quod non potest apponi stipulatio pœnalis in eum casum, quo aliquis justa ex causa resiliat; posse tamen apponi, quo vellet resiliere sine justa causa.

Ad num. 84. in fin. adde. Contra obedientiam graviter peccat, si contra voluntatem parentis ducat uxorem se indignam. Indigna autem dicitur, cum qua non potest contrahere sine dedecore juxta suæ regionis usum, Busenb. lib. 3. tr. 3. c. 2. dub. 1. Item si non velit ducere eam, quam vult parens sine justa causa ibid. Si inconsultis illis nubat &c.

Ad num. 87. in fin. Observa id quod dicit Apostolus 1. ad Corinth. 7. Propter fornicationem vitandam unusquisque uxorem suam habeat, licet subjungat, hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. Quod non velit dicere se minus malum permittere, sed quod minus bonum conjugii indulgeat, eò quod minus bonum continentia in præcepto non sit, & multis difficilè accidat. Laym lib. 5. tr. 10. p. 3. c. 4. n. 2.

Item solius corporalis sanitatis causa uti conjugio, probabile est, esse culpam venialem, quia talis copula cohonestari debet, vel ex bono fidei conjugalis, vel

pro-

prolis, vel continentia conjugalis. Laym. tamen d. c. 4. n. 3. ait nec esse veniale. Cum enim matrimonium præcipue institutum sit ad propagationem speciei, videtur etiam secundario institutum ad conservationem individui, siquidem speciei propagatio fieri non potest, nisi salvis individualis. Propter voluptatem tanquam finem operationis conjugio uti, peccatum veniale est. Quia non bonum delectabile quod naturæ sensitivæ est, sed bonum honestum, quod naturæ rationalis, humanarum actionum finis esse debet. Ergo. Amplecti autem voluptatem utpote servientem ad fines obtentos licitissimum. Ib. n. 6. 2.

Per censuram Ecclesiasticam pater compellitur restituere filio suo uxorem, quam injustè retinet. Gonz. ad cap. non est vobis 11. h. t.

A D T I T. II.

De Desponsatione impuberum.

Ad num. 4. in fine adde. Sponsalia inter infantes contracta, vel à majori cum infante, pro infectis habentur, adeo ut nec publicæ honestatis impedimentum producant. Gonz. ad cap. accessit 5. h. t.

Ad num. 9. in fine adde. Laym. lib. 5. tra. 10. p. 4. c. 12. n. 1. ait: Matrimonium inter impuberes non esse jure naturæ nullum, modò usum rationis habeant, unde & Pontificem hac in re dispensare posse.

Plenam pubertatem in mare 18. in femina 14. annuum esse dicit. arg. L. Me-la ff. de aliment. legat.

A D T I T. II.

De Clandestine Desponsatione.

Ad num. 3. in fine adde. Etiam Parochus denuntiationes omittere potest, quando ad illum pertinet in casu necessitatis declarare per Episcopiam legem cessare, v. g. mortivicius cum concubina contrahere velit. Laym. de matrim. c. 4. n. 6.

Ad num. 4. in fine adde. Ad argumentum: *Ecclesia non potest materiam vel formam Sacramenti mutare.* Respondet Laym. de matrim. c. 4. n. 2. per se & directè Conc. indirectè & per accidens Neg. Per se autem mutaret, si efficere posset, ut materia ante legitima sine sui permutatione fieret insufficientis, indirectè verò, si destituat materiam ipsam, v. g. vinum per aquam multam, ut non sit materia Eucharistiæ. Idem de aqua si mutetur per farinam, v. g. Sic Ecclesia infirmavit contractum naturalem matrimonii clandestini, ut jam non sit sufficiens materia Sacramenti.

Ad num. 11. in fine adde. Prohibet specialiter *Tridentinum. Sess. 24. de reformat. matrim. cap. 7.* Ne Parochi vagos copulent, nisi diligenti inquisitione super ipsorum statu præmissâ, & habitâ licentia ab Ordinario. Ergo videtur tenere,

Si alter sit vagus vel alienigena, alter non, valebit matrimonium.

Ad num. 15. Cum Parochus non sit minister Sacramenti, infertur, quòd non peccet mortaliter, si in statu peccati mortalis assistat. Contrahentes verò peccare

peccate mortaliter, quatenus Sacramentum suscipiunt, non tamen quatenus illud conferunt: quia non sunt ministri speciali consecratione ad hoc deputati, qui soli juxta communioem sententiam obligantur non ministrare immortalis.

Ad num. 19. in fine adde. Licet excommunicatus etiam non toleratus assistere matrimonio possit Parochus, alii tamen Sacerdoti licentiam assistendi nec licite, nec valide committit: quia dare licentiam, ut is, qui aliis qualificatus non est, reddatur habilis ad actus legitimum valorem, est actus jurisdictionis; ergo. E contra si Parochus non sit excommunicatus, potest substituere Sacerdotem etiam excommunicatum non toleratum saltem valide, & casu necessitatis etiam licite. Ita Laym. de matrim. c. 4. n. 5.

Ad num. 17. in fine adde. Eandem sententiam tenet Franc. de Arauxo. de stat. civ. disp. xi q. 3. qui addit præter declarationem Pii V. etiam accepisse aliam similem Cardinalium declarationem. Objiciunt autem clausulam, quæ in Bulla plumbea Cruciatæ, sive Diplomate continetur. Ubi commissario conceditur facultas dispensandi in matrimonio cum occulto impedimento contracto, ut occulte iterum celebretur. Ergo id non licet, ne frustraneum sit privilegium. Negatur consequentia, quia etiam solent in Bullis concedi jure communi non prohibita, maxime quando sunt de jure dubia ad pacandas conscientias, & sufficit quod aliqua ibi privilegia, quæ primario concessa. Unde in eadem Bulla conceditur su-

mentibus eam, ut à quolibet Sacerdote semel in vita, id est, durante anno publicationis, & in periculo mortis à casibus reservatis absolvi possit, quod etiam de jure ordinario competit: nisi dicas, quod ille non teneatur iteratò confiteri, si periculum evadat.

Objicitur 2. Dum conceditur dispensatio ad revalidandum matrimonii propter occultum impedimentum, solet adjici; si tua est cum eis, ut inter se publice & servata forma Concilii Trident. contrabant, dispensa, ergo. Resp. operatur, ut possit dispensare super impedimento, quo sublato possunt contrahentes jure suo uti, & inter se ipsos matrimonium celebrare, in quo forma Trident. servatur, quia præcedens solennitas integrum efficit matrimonium, id est, non solum ab Ecclesia creditum in foro externo, sed etiam postea revalidatum. Casus exceptus, si Parochus aut testes ambo, vel saltem unus sint conscii impedimenti, quando adstant matrimonio, quia fuerunt testes nullitatis, non valoris; aut si est notorium, vel jam deductum in forum contentiosum impedimentum; quia hic eadem incommoda ex clandestino sequerentur. Aut si de facili in judicio probari posset quia non est, strictè loquendo, impedimentum occultum.

Ad num. 23. ad finem post verba. ratione finis, aut cause, propter quam fit, adde: Sensus est: illa fraus non facit, ut actus non teneat, sed ut obligationis forma, quæ in loco illo erat, non maneat. Potest autem hoc fieri bene, vel male, si exeat ob finem bonum vel malum, v.g. ut scandala vitet, vel quia Pa-

rochus iniquè suam præsentiam negat; vel in contemptum proprii Parochi.

Ad num. 25. in fine adde. Ubi Tridentinum expulsis veris Pastoribus servari nequit, tenet etiam coram Prædicante, imò etiam sine illo initum matrimonium. Sic & in Civitatibus, ubi permixti Hæretici Catholicis v. g. Augustæ, tenebunt etiam matrimonia sine legitimo Pastore, seu coram Prædicante celebrata; quia non est existimandum, Pontificum voluntatem etiam de his sensisse, ob mala plurima, quæ sequerentur.

Utrum Sacerdos Catholicus assistere possit matrimoniis hæreticorum, quos in sua Parochia habet; Respondetur posse, quia tales non tenentur vitare, nec facit irreverentiam Sacramento, quia ipse non est minister, sed tantum testis. *Laym. de matrim. cap. 4. n. 8.*

AD TIT. IV.

De Sponsa duorum.

Ad num. 3. adde. Dum dicitur ante copulam non transferri dominium corporis, intellige, nondum actualiter tradi ipsum corpus; nam aliàs à tempore matrimonii revera conjux habet ante copulam dominium in corpus.

Contrahens matrimonium vivente primâ uxore, relicta secundâ cum priore cohabitare debet, & publicè in Ecclesia pœnitentiam facere, *Gonz. ad cap. accepisti 2. h. t.*

* * *

* *

AD TIT. V.

De conditionibus apposis.

Ad num. 2. ad cap. fin. h. t. Observa ex D. Thoma. Conjugii fidem, perpetuitatem, prolis generationem & educationem duobus modis considerari posse: Vel secundum actum seu executionem, & sic ad substantiam matrimonii non spectat; vel secundum radicem seu principium, quod est mutua obligatio servandi fidem societatemque perpetuam in ordine ad prolis generationem, & hæc est substantia matrimonii, si hoc accipiat pro mutua permanente obligatione seu conjugio. Sin verò matrimonium accipiat pro actuali contractu, essentia ejus consistit in cõsensu, dictæ autem obligationes, fides, perpetuitas & proles cõsentur velut proprietates & effectus permanentes.

Observa quoque *valide* contrahi matrimonium *cum intentione* adulterandi; à conjugè sine justa causa recedendi, prolis generationem impediendi. Sed *invalidè* si hæc in pactum deducantur, quæ substantiali obligationi *status* matrimonialis directè adversantur. Sic & valet matrimonium, si quis id contrahat *cum intentione* nunquam utendi eo, non etiam si conditio, sive pactum hoc apponatur.

Dices. Essentia matrimonii consistit in mutuo dominio unius in alterius corpus ad generationis usum, cum tali autem dominio potest consistere obligatio non utendi corpore ad hunc finem. Respondetur, licet in quibusdam

dam rebus puta nobilibus possit separari dominium à jure utendi, jus tamen reale, quod per matrimonium acquiritur, aliud non est, quam jus utendi corpore conjugis ad usum generationis.

Ad num. 3. in princ. Dices: ex post facto non potest apponi conditio, ut conceptionem evitet, vel se adulterandam det; ergò neque conditio perpetuæ continentie. Resp. neg. conseq. Quia ad priora conjuges semper & æqualiter obligantur, quia contrarium esset peccatum, ad actualem copulam non obligantur; ergò jus illam exigendi ex post facto remittere possunt.

Ad num. 4. in fin. Objicies. Si duo se voto simplicitatis adstrinxerint ante matrimonium, illud initum adhuc tenet, ergò etiam possunt tempore contractus inire ita. Negatur conseq. Disparitas: quia votum simplex non est traditio, sed solum promissio, ut alteri tradi possit.

Dices: dominium potest transferri absque usu, ergò etiam hic. Respondetur neg. Antec. hic.

Bonacina in verb. matrimonium n. 2. ait. non requiri consensum in copulam, sed sufficere mutuam traditionem corporum, quæ consistere potest absque usu, potest enim dominium ab usu separari. Sic inquit, validum est matrimonium sub hac conditione: Duce te, si te, obliges ad perpetuam continentiam.

Ad num. 5. in fine. Dices: si sub conditione iniri potest matrimonium, sufficit etiam ratihabitio Parochi, quod est contra dicta *tit. 3. n. 19.* Resp. hic partes apponunt conditionem; er-

gò ipsæ volunt suspendi contractum; in n. 19. autem partes volunt purè contrahere. Unde si partes per modum conditionis dicerent, contrahimus & volumus esse obligati, si Parochus ratihaberit, non video, cur non posset dici ratihabitio sufficere, quia tunc contractus esset perfectus adveniente ratihabitio. *Ad num. 11. in fine.* Observa discrimen inter conditionalem stipulationem de futuro. v. g. *donabo si feceris*, & stipulationem conditionalem de presenti v. g. *dono, si &c.* In priori post eventum conditionis requiritur nova donatio, in posteriori non. Idem est, si dicam: *accipiam te, si &c.* & *accipio, si &c.* Priori casu impletâ conditione oritur obligatio contrahendi matrimonium, posteriori verò ipsum matrimonium. Ita Laym. in hac materia. Nam post eventum conditionis purificatur consensus, non obstante eo, quod tunc contrahentes fortè dormiant, nam hoc etiam fieri potest in Procuratore contrahente: Item sine, v. g. si mulier per literas petat, & vir per literas consentiat, si pater talem dotem det. Postea impletâ conditione lectisque literis coram Parocho & testibus matrimonium perficitur, etiam ignorante eo, qui literas sub conditione destinarat:

Quæritur, utrum de Trident. necesse sit Parochum & testes hoc casu etiam eventui seu impletioni conditionis adesse? Sanchez negat, Laym. verò hic affirmat, rationem dat; quia Parochus & testes requiruntur, ut intelligant matrimonium verè & substantialiter contractum esse, deque eo in foro externo ad

multa incommoda vitanda testificari possint; ergò. Idem dicendum esse ait de conditione ad præteritum vel præsens relata, dicit autem sufficere si contrahentes affirmant coram Parocho & testibus, conditionem esse impletam; nam hoc ipso censentur purificare consensum.

Admittit tamen idem Laym. *lib. 5. tit. 10. p. 4. o. 14. n. 4.* Si impedimentum omnino occultum sit, quod testes & Parochus non necessario iterum adhibendus, sed ipsæ partes consensum suum denuò exprimere possunt. Sic si maritus impetravit dispensationem, potest interrogare mulierem, an non vellet se denuò habere, si ante non haberet, & ex tali consensu valebit matrimonium.

Objici potest contra sententiam Zoefii. Omne Sacramentum cum perficitur, debet esse signum sensibile; atqui quando impletur conditio; nullum ad est, si non requiritur novus consensus; ergò. Respondetur 1. Non procedere ab aliis argumentum ad matrimonium propter specialem rationem contractus. Respondetur 2. Ipsum externum eventum conditionis sui natura esse sufficiens signum purificati consensus, quando ab initio ita fuit expressus, manet enim eadem conventio moraliter.

Ad num. 12. in fine adde. Sub conditione dispensationis contrahere per se loquendo peccatum non est. Teneatur autem eam regulariter sponsus petere, quia ad id tacitè se obligare videtur, sumptibus tamen communibus. Ita Laym. *h. cap. 7.*

Si sub conditione dispensationis ali-

qui contraxerint, requirit Laym. postea novum consensum, quod nunquam præsumatur; hæc esse mens Pontificis, matrimonium prius contractum statim approbare, sed promissis prius denuntiationibus, & subsecuta copulatione. Responderi potest in dubio Conc. si disceverit ante factum sub conditione hac, Neg. supponitur enim in supplicatione mentio facta fuisse. At si non fuisset facta mentio? Videtur tamen adhuc matrimonium valere, quia verum est, quod sit satisfactum Tridentino.

Ad num. 15. in fine dicitur: In ratione tamen promissionis &c. Idem est ac si diceret, quod id non faciat licitè, faciat tamen validè. Quando enim promissæ sponsalia sub conditione, non possunt licitè promittere secundæ, licet promissio secundæ facta teneat.

Laym. in hac materia *cap. 7.* Qui contraxit sponsalia de futuro cum dubio sub conditione diverso tempore, licet posterioris conditio prius eveniat, priora adhuc valent, quamdiu prior desponsatio non dissolvitur. Zoefius videtur contrarium insinuare. Non obstat de matrimonio cum diversis sub conditione iurito. Quia differentia est, quod sponsalia non ita pendeant à continuatione voluntatis; nam quamvis quis injustè consensum revocet, nihilominus obligatus erit, conditione alterius partis eveniente. At matrimonium perfici non potest, si consensus revocatus fuerit, simpliciter & commodè, sive ex parte, ita videl. ut, si posterioris matrimonii conditio prius eveniat, velit id ratum esse, licet peccet.

Ad

Ad num. 21. ad finem incidenter quari potest. Si femina sciat se in partu constitui in probabili mortis periculo, poteritne potionem sumere ut conceptionem impediatur? Negatur, quia directe fini principali repugnat.

Dices: potest idem fœtus nondum animarum à se expellere secundum probabilem sententiam, ergò. Disparitas est quia talis fœtus est actualis aggressor & directa causa mortis matris; ergò habet jus se defendendi, secus est in casu altero. Laym. lib. 5. tr. 10. p. 3. cap. 1. n. 6.

AD TIT. VI.

Qui Clerici, vel voventes contrahere possint.

Ad num. 1. in fin. *Observe ex Laym. lib. 5. tr. 10. p. 4. c. 1. n. 5.* Quod sit peccatum mortale contrahere, vel consummare matrimonium cum impedimento dirimente; quia est violatio legis iustitiæ in re gravi. Imò probabilius est etiam esse sacrilegium, præsertim si in facie Ecclesiæ contrahatur post Trident. quia contrahentes abutuntur nomine & ritibus Sacramentorum cum irreverentia, nisi metus vel causa alia excuset. Item si copula habita cum sponsa tali, quod id in confessione explicari debeat, si prohibitum sit matrimonium ab Ecclesia ob copulam, ut in voto Religionis, cultus disparitate, quia contra virtutem Religionis, vel quia contra pietatem, ut in consanguinitate, affinitate. Aliud est, si prohibitum sit ob crimen, ut raptum, vel impedimento ex tit. de eo qui &c.

Ad num. 9. in fin. Observe ex Laym. lib. 5. tr. 10. p. 4. c. 3. n. 6. Licet is, qui cum voto simplici castitatis matrimonium contraxit à petitione debiti impeditus sit; non tamen is, qui post votum ingrediendi Religionem contraxit, ac consummavit matrimonium. Ratio, quia hic nondum habet votum castitatis, sed tantum de votenda castitate solemniter, à cuius voti expletione impeditus est, donec matrimonium solvatur.

Ad num. 12. adde. Si Clerici post sacros Ordines de facto contrahere matrimonium præsumserint, ipso facto excommunicatione incurrunt, suntque Irregulares, in qua tamen irregularitate post peractam pœnitentiam dispensare Episcopo est concessum, dummodo cum vidua, vel corrupta non contraxerint. c. 12. h. t. c. 4. de convers. conjugat.

AD TIT. VII.

De eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.

Ad num. 1. adde. *Busenb. lib. 6. tr. 6. cap. 3. dub. 2.* Hic ratione primi casus addit. Quod si cædes tentata sit, sed non perfecta; vel perfecta, sed absque intentione matrimonii incundi; vel cum intentione quidem ea, sed non significata exterius, vel non communi consilio, sed ab altero tantum, non dirimit matrimonium, nisi etiam adulterium præcesserit; tunc enim sufficit, si unus cædem perfecit altero etiam ignaro.

Pro;

Pro testio casu requiritur, ut promissio sit acceptata, & uterque sciat alterum esse conjugatum; si enim vel alteruter ignoret, non irritatur, si quod postea in eatur conjugate mortuo, excusatque ignorantia quævis etiam facti. Sufficit autem si adulter dubitet, utrum tempore adulterii & promissionis de matrimonio cum adultero vixerit alter conjugax, quia præsumitur vixisse, nisi mors probetur.

Contrahens matrimonium cum muliere, quam polluit adulterio aut secundis nuptiis copulavit, adducta machinatione in necem viri, aut occiso conjugate animo contrahendi matrimonium cum illa, nulliter contrahit, Gonz. ad cap. si quis & l. t.

Ad num. 2. adde. Si adulteri alio sine, quam matrimonii conjugem trucident, v. g. ne prodantur, non est impedimentum. Laym. lib. 5. tr. 10. p. 4. c. 10. num. 2.

Ad num. 3. adde. Laym. ibid. n. 4. ait. Si fides data sub alio, & adulterium commissum sub alio matrimonio, non est impedimentum.

Item quod dicitur de promissione, ait: debet ea esse pura, vel ante mortem conjugis purificata, quia verba in penalibus strictè accipienda. Item n. 7. quod promissiones factæ vivo conjugate, quod contrahent eo mortuo, sint irritæ ipso iure, quia repugnant bonis moribus. arg. cap. 2. de concess. præb.

AD TITUL. VIII.

De Conjugio Leprosorum.

Ad num. 2. adde. Si conjugale prolo immineat incontinentiæ periculū,

nisi conjugio utatur, volunt quidam, quod conjux ex lege charitatis obligetur cum periculo debitum reddere, sed verior sententia est contraria eum non obligari, cum nemo obligetur ad alterius peccatum vitandum proprii corporis periculo se exponere, cum is simpliciter in necessitate positus non sit, & alia concupiscentiæ remedia adhibere possit. Laym. lib. 5. tr. 10. p. 3. cap. 1. num. 5.

AD TIT. IX.

De Conjugio servorum.

Contra hoc, quod error personæ vitiet matrimonium. Dices: In administratione Sacramenti Baptismi, Confirmationis &c. Si minister putet esse personam aliam, Sacramentum tenet; ergo etiam in matrimonio. Negatur consequent. Quia, virtualis intentio ministrantis illa Sacramenta esse debet baptizandi præsentem ac capacem, quicumque sit. Secus se habet in matrimonio. Laym. lib. 5. tr. 10. p. 4. c. 2. n. 1. Nisi & contrahens eam habere vellet, qualiscunque sit. Sannius.

Inter Jacobum & Liam ab initio non fuit verum matrimonium, donec Jacob. de novo positivè consensit in Liam. Can. un. 29. q. 1.

Busenb. lib. 6. tract. 6. c. 3. dub. 2. hic notat non esse propriè servos, qui sunt coloni originarii, vulgò *Leibeigene*.

Matrimonium inter servos legitimè contrahitur etiam in vitis Dominis; sed si ingenuus per errorem ancillam ducat, vel è contra, conjugum nullum est.

est Gonzal. ad cap. ad nostram, h. t. Fagnanus.

Ad num. 10. in fine. Quæres, quare sit matrimonium nullum, si inductus quis fuerit maritus, & non ob dolum, seu si inductus quis fuerit dolo? Ratio dubitandi, quia & dolum & metum habent admixtum involuntarium. Laym. *ad princ. h. t. cit. loco num. 2.* de rationem, quia utrum vis iniusta gravis interuenit, plerumque coram Ecclesia demonstrari potest. At dolum plerumque occultus est, quare ne multa matrimoniis dubium haberent valorem, expediebat ea jure Ecclesiastico non infirmari, quando jure naturali spectato vim sustinendi obtinent.

Dicta de servis h. t. locum habere non posse in originariis asserit idem d. l. n. 5. per cap. 2. extr. de Judais. & tit. de agris. & censu. Cod. lib. 11.

AD TIT. XI.

De Cognatione Spirituali.

Ad num. 5. in fine adde. Laym. lib. 5. tr. 10. p. 4. c. 8. n. 2. Si infidelis baptizet, non contrahit hanc cognationem, & e contra si infidelis baptizet infan-tem hominis infidelis, etiam non contrahit cum parentibus, quia uterque terminus capax esse debet. Si vero parentes postea baptizentur, tum ex illo tempore contrahit cognationem baptizans. An si in casu necessitatis laicus baptizet, hæc cognatio contrahatur? Respondetur, baptizans cum baptizato ejusque parentibus hanc cognationem contrahet, non tamen ille, qui infan-

tem tenet; cum enim non spondeat pro infante sicut in baptismo solenni fieri solet, censebitur potius commoditatis, quam contrahendæ cognationis causa, eundem tenuisse.

Ad num. 9. in fine adde. Lib. 5. tr. 10. p. 4. c. 8. n. 6. Si sponsus prolem ex sponsa susceptam baptizet, solvuntur sponsalia licet nesciverit esse suæ sponsæ prolem.

Aliud est, si sit patrinus, ut error personæ non facit contrahi cognationem hanc. Ratio: quia patrinus habet determinatam intentionem spondendi pro eo homine, quem animo concepit; in baptizante vero est intentio Ecclesiæ conformis baptizare hunc capacem, quiconque sit.

Ibidem n. 7. idem tenet, si conjunx prolem suæ conjugis baptizet, vel in Sacramento baptismi aut Confirmationis tanquam patrinus suscipiat ob necessitatem, nullum impedimentum contrahi per hic citat. *Can. ad limina xxx. q. 1.*

Ad num. 12. in fine adde. Sicut non contrahitur cognatio spiritualis si quis levet, dum præmissis privato baptismo, in Ecclesia suppleantur solennia & Cere-monia, aut etiam solenniter iteretur baptismus sub conditione, si &c. ita nec contrahitur, si quis levet infan-tem in baptismo privatim administrato.

Ad num. 13. adde. Impedimentum hoc contraheretur ab eo, qui in Catechismo pro persona baptizanda Sacerdoti interroganti respondet, si verus patrinus non sit, qui in baptismo tenet, quia puer domi, v. g. ob necessitatem baptizatus fuerat, & solum Cere-

K

remo.

remonia in Ecclesia adhiberi debent.

AD TIT. XII.

De cognatione Legali.

Observa ex Laym. lib. 5. tit. 10. p. 4. 6. 7. Ex cognatione legaliteriam oriri impedimentum per modum *affinitatis* inter adoptatum & uxorem adoptantis. L. adoptivus. ff. de rit. nupt. At verò inter adoptantem & parentes adoptati, nulla cognatio contrahitur.

Busenb. lib. 6. tit. 6. c. 3. dub. 2. hic refert esse probabile, quod cognatio legalis post Trident. tantum dirimat ad gradum secundum inclusivè, sicut cognatio spiritualis. Inter adoptatum & filiam adoptantis non potest durante adoptione dari matrimonium, secus verò ea soluta Gonz. ad cap. si qua i. h. t.

AD TIT. XIII.

De Consanguinitate & affinitate.

Ad num. 5. in princ. adde. Laym. lib. 5. tit. 10. cap. 4. Contra definitionem consanguinitatis objicit: Adam & Seth, filius ejus, verè erant consanguinei, & tamen non descendunt ab uno st. pise per carnalem generationem. & definiti illam quatenus hodie in usu est. Vel addi posse: vel quarum una ab altera descendit.

Ad num. 5. in fin. Quæres: An DEUS ut Author naturæ possit dispensare ut Pater v. g. cum filia licet & validè contrahat matrimonium?

Respondet Franc. de Arauxo de stat. Civil. dist. xi. n. 5. cum communi DD. posse. quia neque iste gradus tollit omninò finem intrinsecum matrimonii, quia etiam ex tali possent liberi nasci & educari casus, si hoc matrimonium esset ad generis humani conservatiõem; quamvis ei magis arrideat sententia, tunc obligatiõnem legis cessare ob necessitatem, sicut nos loquimur: contrariè. Sic refert, quod aliqui SS. Patres excusent filias Loth ab incestu, quæ cum patre commiserunt, quod existimarent totum genus humanum igne consumptum, & hic accesserunt ad ebrium, quia naturaliter cognoverunt se à sobrio mentis compote repellendas. Sed

Quæres: An tunc pater & filia sub præcepto inire deberent matrimonium? Respondet idem: puto quod non. nisi ex revelatione præceptum divinæ voluntatis intelligerent: adeoque videntes humanum genus ad duo tantum individua redactum, probabiliter existimarent voluntatis esse divinæ humanum genus consumere, cui proinde dictamini possent se absque piaculo conformare.

Ad num. 8. in princ. adde. Laym. lib. 5. tract. 10. c. 5. n. 1. quod ex copula illicita contrahatur affinitas probat ex Apostolo 1. ad Corinth. 6. ubi ait: qui adhæret meretrici unum corpus efficitur. Idem ibid. n. 4. admittit & vocat quoddam genus affinitatis per accidens, quale dicit esse inter consanguineos inter se per c. non debet. h. t. Unde forè fit, quod adhuc hodie vulgò se tales affines vocent.

Sepa-

Separatur matrimonium inter affines contractum, etiam usque ad 6 gradum. Gonz. l. ad c. ex literis i. h. t.

Matrimonium cum relicta fratris defuncti contractum nullum est, nisi per Ecclesiam dispenseretur, ut i. a. conjugati in tali matrimonio persistant. Gonz. ad cap. D. US. *fin. in fin. de divorciis.*

Ad num. 11. addo. Bonacina vult hoc impedimentum oriri, si qui sine presentia Parochi se duxerint, quia inquit, hoc non est nullum ex defectu consensus, sed tantum ex defectu solennitatis ab Ecclesia praescriptae.

Layn. lib. 5. *tr. 10. p. 4. c. 9.* Impedimentum publicae honestatis non cessat licet sponsalia communi sponzorum voluntate dissolvantur *c. accessit de despons. impub.* Ubi dicitur hoc impedimentum durare, licet impubes contraxerit, & resilierit.

Ibidem in fine. Julius contraxit sponsalia cum Joanna, hanc postea duxit Augustus frater Julii, sed *matrimonium non consummavit.* Etsi hoc casu Julius non teneatur eam ducere, si tamen velit, potest quia jura nolunt, ut si sponsalia praecedentia matrimonium sequens infirmarunt, ab eodem vicissim infirmantur, ne inter duas dispensationes detur quasi mutua reactio, quam etiam natura abhorret. Dicitur: *non consummavit.* Quia consummatio opponeret impedimentum affinitatis.

Quaerens: An requiratur, ut sponsalia sint publica & notoria? Videtur, quod non. quia non ideo dicitur esse *publicae honestatis*; sed quia publice inhonestum est, ut se tales personae du-

cant, siue de sponsalibus sciatur siue nō,

Ad num. 13. De Impedimento ligaminis. An Polygamia jure naturae interdicitur? Non tantum Ecclesiastica, sed etiam Divina lege est interdicitur. Probatum ex cap. gaudemus. *x. de divort. cap. licet de despons. duor. cap. fin. eod. Can. an non XXIV. q. 3.* Etiam quoad viros ex Genes. 2. Erunt duo in carne una. ex Marci 10. Patribus antiquae legis licitam fuisse ex Divina dispensatione ipsis interius revelata. Probatum item ex Trident. *Sess. 24. Canone 2.* Et sic refutatur sententia Cajetani dicentis non extare legem Divinam.

3. Conveniunt quod jure naturali interdicitur pluralitas virorum respectu ejusdem uxoris. Tum quia teste Divo Thom. in *4. d. 33. q. 1. art. 1. ad 7.* Hoc est contra prima praecipua legis naturae, nam per hoc quoad aliquid totaliter tollitur, & quoad aliquid impeditur bonum prolis, quod est contra finem, quia licet concipere possit, ex utroque, teste Philosopho *lib. 7. animal cap. 4.* Regulariter tamen accidit corruptio vel utriusque foetus ob seminis contrarietatem, vel saltem alterius, quod a praevalente semine suffocatur. Educatio vero totaliter tollitur, quia pater alere nollit, cum foret incertus.

Utrum DEUS dispensare possit, ut una pluribus nubet? Bellarm. negat, Thomas Sanchez cum aliis affirmat. Quibus assentitur Franc. de Auxo: quia pluralitas virorum non tollit omnino principalem finem matrimonii; nam licet tollat congruam educationem, non tamen matrimonium, possetq; DEUS utriusque viri foetus illatos conserva-

re, & sic salvo principali fine, non est cur non posset DEUS dispensare, sicut dispensavit in pluralitate uxorum.

An Pontifex super pluralitate uxorum dispensare possit? Durandus & alii dicunt posse. D. Thomas Covarr. & alii agunt quod non possit, quod probatur. Quia licet talis pluralitas non adverteretur primo fini procreationi, in quo homo consideratur ut animal, & cui fini correspondet bonum proles; impeditur tamen valde finis secundus mutua in officiis domesticis communicatio, cui correspondet bonum fidei, & in quo quis consideratur ut animal rationale politicum, quia ex pluralitate uxorum necesse est oriri Zelotypiam &c. Unde pax turbatur, & communicatio illa valde impeditur. Item plane tollitur finis tertius conveniens matrimonio ut Sacramento significans conjunctionem Christi cum Ecclesia mediante assumptione humanitatis, cui correspondet bonum Sacramenti; & consideratur homo ut est Christianus; hæc autem unio est cum una Ecclesia, quæ licet ex pluribus constet fidelibus, tamen una est propter fidei & baptismatis unionem, juxta Cantic. 6. Una est columba mea. & D. Pauli 2. ad Corinth. 11. Despondivos uni viro, Virginem castam exhibere Christo.

Quartus & alius finis est remedium concupiscentiæ, hoc sine matrimonio per pluralitatem uxorum omnino frustratur. Quia naturale est ut talis vir unam præ aliis diligat, aut quæ pulchrior, vel divitior, vel fecundior &c. quod si nullam præ aliis diligat, in nullius congressu quiescet, consequenter

alias & alias desiderabit. Uti Salomon ergo. Probatur secundo quia Polygamia nunquam fuit sine divina dispensatione, uti patet ex Trident. Sess. 24. Can. 1. 2. Item ex c. p. gaudemus extr. de divor. Ubi paganus conversus jubetur adherere primæ &c. in terminis ibid. Dispensatio autem, sine qua non licuit olim habere plures uxores, non scripto tradita, sed per divinam revelationem innotuit Patriarchis & per eorum traditionem fuit ad posteros derivata, illorumque verbo & exemplo in illis continuata.

Utrum hæc dispensatio ad Gentiles extensa? Problema. Affirmat Bellarm. & alii, quia Jacob. & Esau inter a Gentilium plures duxerunt. Genes. 26. 28. & per Can. abjiciuntur xxxii. q. 4. ex verbis: *Quando mos erat, crimen non erat.* Sotus, Sanchez & alii negant: quia apud Gentiles non militabat ratio. Scilicet populi fidelis & Catholici multiplicatio, in quo Christus nasciturus erat.

Colligitur hanc dispensationem esse cassatam, Matth. 19. Secundo, etiam infideles non posse ducere plures. Tertio, Pontificem non posse dispensare. Ubi postea pro regula ponit, quod leges illæ, quæ actus tam intrinsecè malos prohibent, ut nullam ob causam possint honestari, nequeant Ecclesiæ admittere dispensationem, utpote quæ nullam habere possunt rationem justæ dispensationis v.g. præcepta baptismi, Confessarii non mentiendi. Bene tamen illæ, quæ prohibent actus non tã intrinsecè deformes, quin aliquo casu possint honestari, utpote in quibus potest

test inveniri iusta ratio dispensationis, uti in voto, Prælatorum Residentia, In hoc autem casu iusta ratio inveniri nequit (sed dices: Si Princeps haberet uxorem sterilem, an non esset iusta ratio? Respondet adhuc manere indecentiam & inconvenientiam annexam, licet purgetur intrinseca malitia.) Unde idem admittit, quod etiam Pontifex in posterioribus casibus super jure naturæ vel Divino etiam quod absolutum, & à solo DEI arbitrio derivatum est verè dispensare possit, tollendo illius obligationem, non quidem in universum, sed tantum in aliquo eventu speciali ob urgentem causam ex DEI commissione. Ita Canus. Thom. Sanchez lib. 8. de matr. disp. 6. n. 5. cum Gl. in cap. à nobis. De decim. Felino, Navarro, cum alii dicant, quod tantum possit autoritative declarare, id ius tali eventu non obligare.

Quod si ius Divinum vel naturæ sit, & ortum habeat ab humana voluntate: & ex ejus suppositione obliget, uti sit in voto, juramento, ibi communis receptum est, quod Pontifex super eo verè dispensare possit. Plura Franc. de Arauxo de stat. Civil. disp. xi. q. 2.

Quod debeat dici: Pontifex dispensat in jure Divino, probat: quia si esset tantum interpretatio, tum etiam ea viris doctis competere, etiam personæ propriæ, quod in tali casu esset obligatio legis, v. g. non residendi.

Neque obstat solius Pontificis esse interpretari Divinum ius autoritative, ita ut certum & tutum reddat eum, cum quo dispensat, quod non competit viris doctis. Nam hoc modo inter-

pretari est solius Legislatoris, aut eo superioris cap. inter. de sent. Excommunic. L. fin. ff. de Legib. Quod si quis dicat interpretandi sic ius divinum competere Pontifici ex commissione DEI, æquè licet dicere, competere sic ius dispensandi.

Sannius tom. 3. dist. 18. qu. 1. in fine. DEUS concessit in antiqua lege polygamiam quoad plures uxores simul, ut electus populus DEUM verum confitens numero paucus, copiosius, multiplicaretur, post diluvium maximè, quando amplius non attingebant tam longam annorum seriem.

Ad nu. 30. in fine. Quæres: An Pontifex dispensationem denegans, si causa subsit, & non habeat causam in contrarium, peccet? Respondet Francisc. de Arauxo de stat. civil. disp. 4. difficultate 1. n. 46. quod peccet venialiter ex genere, & lethaliter ex damno, periculo vel scandalo annexo. Ratio quia hoc casu non utitur Pontifex potestate sibi datâ ad finem, ad quem data est; atqui abusus potestatis est peccaminosus; ergo. Item quia hæc potestas data est ad iustitiam in membra; huic apponitur denegatio; ergo. Item quia ageret contra pietatem & fidelitatem, debet enim ut fidelis dispensator procedere. Et sapit vitium acceptionis personarum, quod est contra iustitiam distributivam. Cum autem hoc hic non sint intrinseca mala, videtur tantum esse veniale ex se, aliàs mortale. Sic Fridericus Dux Saxonie ob difficultatem & non nisi pro ingenti pecuniæ summa concessam dispensationem factus est Lutherane hæresos fautor. De negatione

tionem autem factam iteratò supplicandum est.

Dices 1. Est liberum dispensare, ergò non peccat, Nego consequens. Quia liberis non opponitur culpa, sed coactio. 2. Denegando utitur jure suo? ergò. Negatur antecedens, si causa sit. 3. Non est virtus, contra quam peccet ergò. Negatur antecedens ex dictis. Et, si scandalum, peccat contra charitatem. 4. Ferendo legem generalem non peccat; ergò nec denegando in particulari. Respondetur, si feratur lex absolute de nunquam dispensando, est lex imprudens; si autem feratur pro certo loco ex justa causa, quia forte corruptela orta ob frequentem dispensationem, tunc lex tenet, & sic patet solutio.

Ad num. 32. adde. Probat Cajetanus hoc modo: dicitur; propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adheret uxori suæ, id est, excludendo patrem & matrem. Verum iste sensus non est, quia de cohabitatione loquitur: quamvis in quibusdam casibus necessitate debeat quis parentibus magis assistere quam uxori. Franc. de Araozo *cu. disp. xi. q. 2. n. 1.* Melius probatur: Erunt duo in carne una; filius autem est pars quædam sui parentis.

Ad num. 32. in princ. adde. Probat ex Aristotele 1. politic. cap. 2. qui solo lumine naturæ ductus turpissimam censet conjunctionem parentum cum filiis, & fratrum cum sororibus, quasi utramque pariter cum naturæ legibus pugnantem. Idem Tertullianus in *Apolog. cap. 5.* D. Augustin. *lib. 15 de Civ. cap. 16. lib. 22. contra Faustum ca. 55.*

Probat secundò, inter patrem & filiam est jure naturæ nullum, quia primus gradus consanguinitatis est; atqui etiam frater & soror immediatè sibi conjunguntur in una substantia & carne parentis, qui parens non mediatur, sed tenet se ex parte principii generationis. Hinc Abraham iuravit Saræ, ut diceret se esse ejus sororem in Genes. 20. ex quo Gens barbara credebatur non esse uxorem; ergò.

Probat idem quod contraria sententia sit improbabilis in praxi, tum ex d. c. gaudemus. Ubi Pontif. x. interrogatus per indirectum id determinat, tum ex eo, quia sicut signum est evidens, quod natura non possit id, quod nunquam fecit, ita etiam non posse Pontificem id, quod nunquam fecit. Nam licet legatur quod Carolus Magnus ex sorore genuerit Rolandum. D. Antoninus 3. *part. iii. cap. ii.* Fuit id tantum factum ex incestu, non conjugio; quia nullibi legitur dispensatum, Non obstat Exemplum Comitis Anmiani, de quo Paulus Amilius in vita Ludovici II. Quia id contigit per eminentiam dispensationem à Notario corrupto, qui etiam pœnas solvit, & ipse Comes renuens eam dimittere à Rege Galliarum comitatu per bellum exspoliatus. Unde colligit Thomam Sanchez falsum dicere, dum ait opinionem contrariam esse valde probabilem. Idem refutat, quod D. Thomas contrariam teneat, ut idem Sanchez refert. Dum D. Thom. tantum loquitur de principio, & quod magis repugnet juri naturæ inter patrem & filiam, quam inter fratrem & sororem, atque truncata verba à Sanchez allegari.

Non

Non obstat de primis matrimoniis; quia id per Divinam dispensationem vel ipsis, vel parentibus revelatam, factum est. Nec incongruit legis Conditorum statim in ea dispensare, maximè dispensatione transeunte & per eum duraturâ. Vel dic ob necessitatem fuisse tunc licita, cessante tunc lege.

Quod dicitur de Sara, illa fuit sobrina Abrahæ ex fratre Aronnata. Sic & Isaac dixit Rebeccam esse sororem. Vel, ait idem Auctor, dic DEUM cum Abraham dispensasse.

Non obstat 2. Reg. 13. Ubi Thamar fratri Amon intenteanti stuprum sibi dicit: *Noli facere stultitiam hanc, quin potius loquere ad Regem, & non negabit tibi.* Respondetur, David non fuisse patrem Thamar, quæ in bello ab eo capta, postea fuit ab eo enutrita. Vel eum communi illa verba fuisse ab ea prolata falsò ex eo, quod sceleris immanitate perturbata esset, sicut cæcus ait Jo. 9. *Deus peccatores non exaudit.* In fine addit nunquam Theol. Doctorem debere docere in materiis moralibus eam opinionem, de qua opus sit dicere? *Ita mihi videtur sub Sedis Apostolica judicio.*

Laym. lib. 5. tract. 10. p. 4. c. 6. refert, quod Sanchez tradat inter ascendentes & descendentes excepto gradu primo non esse jure naturæ irritum matrimonium. Unde si infideles convertantur, tales conjugatos non esse separandos. Sed non placet.

Ad num. 35. adde. Idem ibid. nu. 5. ait Inter affines ex linea recta irritum est matrimonium excepto casu necessitatis. Prius intellige si copula fuerit licita. Si enim ex illicita affinitas resultavit & ante baptismum habita sit, po-

stea ve, ò illius matrem filiam, vel sororem ducat & postea baptizetur, talis separari non debet. Ratio: quia ex hac non oritur affinitas tam perfecta, ut impediatur quò minus validè & ob justam causam etiam licitè contrahatur.

Ad nu. 38. adde. Episcopus non potest dispensare jure ordinario in impedimentis dirimentibus matrimonium jam contractum, nisi ex tacita concessione in casu necessitatis, si concurrant. 1. Defectus sit dispensabilis, 2. Sit occultus, non notorius, seu divulgatus, 3. Ex altera saltem parte sit matrimonium bona fide contractum, 4. Non sit facilis accessus ad Papam. In matrimonio contrahendo non potest sine speciali facultate. Busenb. lib. 6. tract. 6. c. 3. dub. 2.

Ad num. 41. adde. Laym. lib. 5. tr. 10. p. 4. c. 6. n. 9. ait difficiliorem esse dispensationem, si distantia graduum sit inæqualis, maximè si una persona distet primo gradu à communi stipite, v. g. vult quis ducere filiam avi vel proavi, & ita dicitur Pius V. anno 1566. die 26. Augusti declarasse. citaturque Covarr. p. 2. c. 6. §. 10. n. 16.

AD TIT. XV.

De Frigidis & Maleficiatis.

AD priores quinque num. 1. Observa ex Laym. lib. 5. tr. 10. p. 4. c. 11. n. 1. Si mulier ob arctitudinem sit perpetuò impotens, esto incisionem periculosam pati velit, maritus non tenetur expectare incisionis eventum, sed potest alias nuptias inire. Idem si per mira-

raculum fieret potens, matrimonium non tenet prius initum, nisi de novo consentiant. Aliud est, si fuisset maleficata. Item ibid. n. 2. requiritur hinc potentia ad copulam *perfectam*, quæ fit cum immisione *veri* seminis in vas muliebri: hinc Eunuuchi, Spadones, qui uero q; teste carent, ad matrimoniũ inhahiles sunt: at si post matrimoniũ quis Eunuuchus fiat, potest adhuc exercere copulam imperfectam cum immisione non veri seminis. Ibid. n. 3. Matrimonium ratum per supervenientem impotentiam non dissolvitur. Non obstat Can. quod proposuisti xxxii. q. 7. Quia intelligendus, si impotentia præcesserit nuptias, & quod ex charitatis lege ei saltem obligatus sit. In dubio autem præsumitur impotentia nuptias præcessisse, quod ex communiore docet Abbas ad cap. fraternitatis nu. 6. h. tit.

Ibid. n. 5. Si potentia generandi vi morbi, vel ex senio *secundum se ac simpliciter* destructa esset, nullã humanã arte restaurari possit, & si hominem diutius vivere contingat (quod in dubio præsumi non debet) matrimonium tales contrahere non possunt, quia nihil refert unde impotentia irreparabilis oriatur. Quod si maritus ob senium simpliciter ac perpetuò destitutus sit potentia seminandi intra vas, oscula & tactus ipsi sunt licita citra periculum pollutionis, illicita autem copula cum periculo sui polluedi: sin verò aliqua spes sit intra vas perficiendi, opus conjugale, licet rarissimè & vix unquam fiat & contingat, concessa adhuc est conjugibus copula, quamvis cum pollutionis periculo. Ita Sanchez. 2. disp. 17. n. 23.

Si de impotentia coeundi constet, statim matrimonium separatur, alias cohabitabunt conjuges per triennium, & si cum septima manu propinquorũ jurent carnali se copulæ adhasisse, & non potuisse conjugi, statim separantur. Gonz. ad cap. laudabilem 5. h. t.

Ad num. 6. in fine adde. Debet abjurare, quod non velit altero sexu uti durante matrimonio. Can. Presbyteros xvi. q. 1. Si fuerint facti vidui, possunt secundum alterum sexum contrahere. Sannius tom. 3. dist. ult. quest. 7. num. 12.

Ad num. 10. in fine adde. Busenb. lib. 3. tract. 1. c. 1. dub. 5. Maleficium est vis nocendi alii ex pacto & cooperatione dæmonis. Dirigitur ad nocendum. Magia verò ad mira. Aliud amatorium seu philtum, aliud veneficium. Vide ibi plura. Ubi quod philtum in voluntatem non agat, sed tantum in phantasiã, unde si labatur adhuc peccat.

Ad num. 16. in fine adde. Franc. de Arauxo *ae stat. Civ. disp. 2. p. 1. sect. 5.* Refert Ecclesiam aliquando permisisse matrimonium fidelis cum infidei scilicet usq; ad tempora Concilii Toletani IV. Idem *disp. xi. q. 6.* fuse probat non esse licitum matrimonium Catholici cum hæretica, nisi securitas detur de fide & de educatione proles in fide Catholica. Sed.

Objicit cum contrahentes sint ministri hujus Sacramenti, quomodo poterit Catholicus id ritè ministrare notoriè indigno, & existenti in peccato mortali. Item quomodo contrahet is, qui non credit esse Sacramentum, nec habet intentionem faciendi id, quod facit

facit Ecclesia Romana. Respondet ad primum, sufficere unumquemque esse ministrum Sacramenti respectu sui, non respectu alterius. Ad secundum sufficit intentio generalis faciendi id, quod facit vera Ecclesia Christiana quaecunque & ubi sit.

Laym. lib. 5. tr. 10. p. 4. c. 14. n. 3. Si matrimonio Catholici cum hæretica pactum adjiciatur, ut masculi patrem Catholicum, feminae matrem hæreticam sequantur, ait id impium & irritum esse.

AD TIT. XVI.

De matrimonio contracto contra Interdictum Ecclesie.

Impedimenta impediencia exprimuntur hoc versu:

Interdico. dies. crimen. sponsalia. votum.

Impedimenta impediencia ex crimine resultantia per diuturnam consuetudinem penitus sunt ablata, ait Sanius tom. 3. dist. ult. q. 8. n. 5.

Ad num. 1. in fine adde. Interdictum tripliciter intercedere potest. Per Legem, per Judicem, & per Parochum. Vide Gonz. ad cap. de muliere. h. t.

Ad num. 4. in fine adde. Quod tempore feriato prohibeantur tantum solennitates, non etiam ipse contractus matrimonii, inquit Laym. lib. 5. tr. 10. p. 4. c. 15. Videre est in Trident. Sess. 24. c. 10. de reformat. matrim. & c. Capellanus, supra de feriis. Consuetudo ta-

men videtur induxisse, ne matrimonio Parochus assistat, nisi necessitas urgeat.

Ad n. 5. in fine adde. Busenb. ex Lay. Navarr. Sanchez. addit pro impedimentis impediencia clandestinitatem; ubi Tridentinum non est receptum, omissionem benedictionis. De qua infra de secund. nupt. quæ debet fieri in templo à proprio Parocho, sine cujus licentia si quis faciat, manet ipso facto suspensus, donec absolvatur ab Ordinario Parochi, à quo benedictio erat accipienda.

Tertium. si contrahatur sine præviis denuntiationibus, quod ait esse etiam peccatum mortale. Post tertiam denuntiationem licet eadem die contrahere, non tamen differre ultra 4. Menses, ut declaravit Congregatio Cardinalium. Diurnale autem Romanum ponit 2. Menses. Alias debent repeti.

Ad num. 8. in fine adde. Objicies Cap. si verò 2. xxxii. q. 7. Qui insinuat solum adulterium ponere impedimentum impediens. Respondet Gloss. intelligendam esse de adulterio incestuoso.

Ad num. 7. in fine adde. Mulier, quæ machinata est in necem viri, ipso matrimonio & alterius spe privatur, maritus verò insidiatorem interficiens, ipsam uxorem dimittere valet, & eam mortuam cum alia contrahere. Gonz. ad cap. si qua 5. de divort.

* * *

* *

L

Ad

AD TIT. XVII.

Qui filii sint legitimi.

Quæstio utrum proles, quam pater genuit ex concubina soluta, durante matrimonio, sed invalido sit censenda naturalis, an spuria? Respondetur. 1. Si post declarationem nullitatis concepta & nata sit, certum est eam esse naturalem quia procreata ex iis, inter quos poterat esse matrimonium, Respondetur 2. etiam conceptam & natam ante esse naturalem, ex eadem ratione: quia à parte rei non est impedimentum. *arg. cap. cum in Apostolica. de sponsalib.* Ubi litis pendentia non impedit secundum validè contrahi, si primum erat nullum & c. *Tua fraternitas. de spons. duor.* Licet puniri tales possint, & usus posterioris interdicens sit, donec de nullitate prioris constet.

Probatur secundò. Omnis proles nata ex matrimonio invalido, bonâ tamen fide contracto saltè ex parte unius, est legitima. c. *ex tenore h. t.* Ex hoc privilegio; non potest tamen idem operari vitium spurcitatatis, neque ex natura sua, quia est nullum, neque ex Jure, quia hoc nullibi exprimitur, ergò proles in casu nostro non est concepta ex adulterio; ergò non est spuria, sed naturalis.

Probatur tertio. Si talis pater post declaratum matrimonium nullum illam duceret, ex qua progenit, legitima ret illam, ergò est naturalis.

Filiatio legitime probatur per nominationem parentum, & non creditur

illis contrarium postea asserentibus etiam tum juramento. *Gonz. ad c. per suas 10. sup. de Probat. Fagnanus.*

Ad num. 7. in fine adde. Separato matrimonio in facie Ecclesiæ contracto, filii geniti vel concepti ante ipsam separationem sunt legitimi. *Gonz. ad cap. cum inter. 2. h. t.*

Ad num. 11. in fine adde. Filius naturalis per subsequens matrimonium efficitur legitimus & habilis ad succedendum in bona paterna. *Gonz. ad cap. conquestus 1. h. t.*

Ad num. 12. in princ. adde. Objicitur hic Novell. 89. c. generaliter. Sed non solvitur. Dic eam procedere vel in legitimatione per rescriptum, vel spectato jure civili, non etiam jure Canonico, quod hac in parte attendendum. Ita *Covarr. hic. p. 2. §. 1. c. 2. n. 15.*

Ad num. 18. in fine. Quæres. Si Christianus imprægnat infidelem, hæc postea conversa ducatur ab illo in uxorem, eritne proles legitima? Ratio quia in tempore conceptionis non potuit inter ipsos esse matrimonium? Videtur quod non.

Ad num. 13. in fine adde. In terris Ecclesiæ potest Pontifex quoad omnia illegitimos legitimare; in terris verò alienis quoad spiritualia tantum dire&e, quoad temporalia verò indire&e, & c. *Gonz. ad cap. per Venerabilem 13. h. t.*

AD TITUL. XVIII.

Qui matrimonium accusare possunt, aut contra illud testificari.

Observe quod Confessarius non teneatur admonere contentem, qui
inva-

invalidè contraxit ex ignorantia juris vel facti, quando non sperat fructum, aut remedium, difficillimum est, nisi sit periculum damni communis, uti est, quando populus id novit & scandalizatur Bonac. *in verb. matrimonium num. 114.*

Ad num. 5. in princ. adde. Depositiō unius testis asserentis subesse impedimentum inter sponfos, sufficit ad impediendum matrimonium contrahendum, nisi sponsalia præcesserint jurata Gonz. *ad cyp. præterea 12. sup. de sponsalib.*

A D T I T. XIX.

De Divoritiis.

Ad num. 1. in fine adde. Indissolubilitas matrimonii non propriè ex naturali jure descendit; nam in lege propriè naturali DEUS dispensare nequit. Ita D. Thom. Dispensavit autem hac in materia: *c. 24. Deuter.* Quamvis quidam DEUM id tantum permisisse ajant. Si consummatum sit, *ex prima ve DEI.* Institutione indissolubile est *c. 2. Genes.* Quem locum interpretatur Christus apud Matth. *c. 19.* ob representationem ad Ephes. *5. Laym. lib. 5. tr. 10. p. 3. c. 6. n. 1. 2.*

Ad num. 2. adde. Ad text. Matth. *19.* respondent aliqui, ut refert Sannius *tom 3. dist. 18. q. 1. n. 5.* periculum nisi non esse exceptivam, sed præcisivam, ut sensus sit: quicumque dimiserit uxorem non fornicariam, vel non ob fornicationem, & aliam duxerit, mœcha-

tur; Christus enim non voluit dicere, quod ob fornicationem solvere quis possit vinculum, sed quod ex nulla causa id liceat, præsciendens, an ob fornicationem id liceret, an non; idque ex ea, quod Pharisæi, quibus loquebatur, non erant hujus veritatis capaces.

Ad num. 4. in fin. adde. Matrimonia infidelium elevantur ad rationem Sacramenti per baptismum, innovato consensu. Vide Sannium *tom. 3. dist. 17. quest. 3.*

Si ex conjugibus infidelibus altero ad fidem cōverso, alter maneat infideli. (saltem nisi pacificè cohabitare velit sine contumelia Creatoris) solvitur quoad vinculum, idque ex dispensatione Divina in favorem fidei, ut patet *1. Corin. 7. vers. 15. Bufenb. lib. 6. tr. 6. dub. 3. c. 2.*

Matrimonium ab infidelibus contractum in gradu cognationis ab Ecclesia prohibitum non dissolvitur per baptismum ab ipsis susceptum. Gonz. *ad c. de infidelibus. 4. sup. de consang. & affin.*

Ad num. 13. adde. Si maritus uxoris, vel contrà uxor viri adulterium scias, licet probare nequeat, per se loquendo debitum reddere non tenetur, licet Judex sub excommunicatione præcipiat, quia præceptum Ecclesiæ in falsa præsumptione fundatum in conscientia non obligat. Laym. *lib. 5. tr. 10. p. 3. c. 7. Sanchez lib. 10. disp. 12. n. 6.*

Ad num. 18. adde. Bufenb. *lib. 6. tr. 6. cap. 2. dub. 3.* admittit aliquando etiam ob oscula &c. Separationem ad tempus fieri posse, ut nocens emendetur.

Ad num. 21. in fine adde. Accusatio

tio de adulterio, si non probetur, dat alteri parti justam causam separationis thori. Trivisianus lib. 1. decis. 61.

Ad num. 24. adde. Conjuges propter alterius crimen non separantur, nisi spiritualiter fornicentur, & tunc eis etiam separatis durat vinculum. Gonz. ad cap. quæsiuit. 2. h. t.

Ad num. 27. Busenb. lib. 6. tr. 6. cap. 2. dub. 3. etiam asserit, quod non teneatur conjugem conversum recipere, addit saltem ex justitia; nam ex charitate aliquando tenetur, si sit periculum incontinentiæ.

Ad num. 28. in princ. adde. Coniunx non potest sine iudicio Ecclesiæ conjugem dimittere, etiam prætextu notoriæ consanguinitatis, & de facto dimissam recipere compellitur. Gonz. ad cap. Porro. 3. h. t.

AD TIT. XX.

De Donationibus inter Virum & Uxorem.

Ad num. 3. in fine adde. Res donata propter nuptias si alienetur à marito consentiente uxore, dum alia bona ipse obtinet, præcipuè post transcursum temporis, ab uxore repeti non potest. Gonz. ad cap. 4. sup. de Empt. & Vend.

Soluto matrimonio ex causa licita dos restituenda est uxori. Gonz. ad cap. mulieres. 1. h. t.

Judex delegatus, qui cognovit de causa matrimonii, de dote etiam pronuntiare valet. Gonz. ad cap. plerumque. 4. h. t.

Donatio propter nuptias, si nuptiæ, quia incestuose, nullæ declarentur, à marito repeti potest, nec lucro uxoris cedit. Gonz. ad cap. et si necesse. 5. h. t.

Usufructus in dotem datus, vel donatio propter nuptias, finitur mortis dantis, nec amplius remanet penes accipientem. Gonz. ad cap. nuper. 6. h. t.

Maritus inops dotem sibi promissam petens, cautionem qualem qualem præstare debet, aliàs dos deponetur penes mercatorem. Gonz. ad cap. Per vestras. 7. h. t.

AD TIT. XXI.

De secundis nuptiis.

Ad nu. 4. in fine adde. Utrum propter verosimilem præsumptionem & probabilem credendi causam intercessisse mortem mariti, concessam sit mulieri ad secundas transire nuptias? Respondetur esse, & Confessarius in foro interno concedere potest, & Judex post contractas nuptias eam separare non potest. *Can. Cum per bellicã. 3. q. 1.* Ratio, quia in moralibus sufficit probabilissima opinio & non requiritur certa. Ipse tamen Judex transendi licentiam dare nequit, quia Canones hoc casu requirunt certitudinem. *cap. Dominus. h. t. cap. in presentia de sponsalib.*

Objic. cap. quoniam. §. porro. Ut lite non contest. Respondet Abbas textum loqui de verosimili morte conjugis dubis. id est, de quo dubitabatur an esset coniunx. *Laym. lib. 5. tract. 10. q. 3. c. 2. n. 2. in fine.*

Uxor

Uxor non certificata de morte viri ad secundas nuptias transire nequit, quamvis ignoret statum viri, qui ab hostibus captus fuit, longoque tempore abfuit. Gonz. *ap. cap. in presentia 19. supra de sponsalib.*

LIBER QUINTUS

AD TIT. I.

De Accusationibus, Inquisitionibus
& Denuntiationibus.

Observa: Omnem injuriam fieri aperiè vel occultè. Ut *apertum* maleficium sit, quod omnes judicant esse maleficium. *Occultum*, quod non statim patet esse delictum, sed aliquamdiu serpit, & tandem erumpit, & hoc vocatur *suspecti discrimen*, ex quo suspecti postulatio. Unde *suspiciari* est cum timore ea aspicere, de quibus dubitatur, ut suspicio sit actus, per quem in dubitationem trahimur, timentes de aliquo, ne læsionem adferat privatim, aut publicè. Olden. p. 1031. Dicitur autem *suspecti postulatio*, quia suspectos non nisi alioi gratia facere solemus, quod magis per postulare, quam per agere explicatur. Item *postulare* est rem valdè justam instantiis exigere quod hic fit. Olden. p. 1034. Estque hæc *postulatio duplex civilis* quando petitur ut tutor, v. g. removeatur. *Criminalis*, quæ petitur, ut præter remotionem, adhuc alicuius pœna puniatur. p. 1034. Ut nota,

quod postulatus ante administrationem civiliter conveniri possit; non vero criminaliter, & sic intellige Ulp. *in L. hæc enim §. ult. ff. de susp. tut.* dum ait, qui nil gesserunt, non possunt suspecti postulari. idem Old. p. 1032.

Ad num. 1. in fin. adde. Super notorio procedit Judex nemine accusante. Gonz. *ad c. accusanti §. h. t.*

Est autem notorium duplex, aliud dicitur *notorium juris*, quando quis per sententiam condemnatus, vel in judicio confessus est. Aliud *notorium facti*, quando crimen ita est publicum, ut toti populo pateat Vall. *de cohab. Cleric. num. fin.*

Accusans ad vindictam in crimen inscribere debet, denuntians non. Gonz. *ad cap. sup. 16 h. t.*

Ad num. 2. in fine adde. Dicens se aliquem accusaturum sine pœna, potest desistere ab accusatione ante inscriptionem, & sic desistenti silentium perpetuum imponitur. Gonz. *ad cap. licet 14 h. t.*

Ad num. 5. adde. Occupatus de uno crimine, iterum de eodem accusari nequit. Gonz. *ad cap. de his 6 h. t.*

Ad num. 6. in fin. adde. Quid Judici servandum circa inquisitionem ex Bussenb. *lib. 4. c. 3. dub. 2. art. 2.* Ubi præter generalem, specialem, ponit inquisitionem mixtam quando vel sola persona, vel crimen solum est speciale, ut si queratur, quis Cajum occiderit. Specialem enim dicit, quando utrumque est speciale. v. g. An Titius Cajum occiderit.

In inquisitione generali subditus etiam rogatus sub juramento nec tenetur,

imò nec potest prodere criminofum occultum. Cum enim crimen probari non possit, non potest sequi, quàm infamia. Vide plura ibi.

Crimen probatum per inquisitionem regulariter pœna ordinaria puni-
tur, sed si impedit Ordinis executionem fit depositio, sicut per accusationem. Gonz. ad cap. inquisitionis 21. h. t.

Ad nu. 7. in princ. adde. Præceptum correctionis fraternæ obligat. Primò, Si certo constet de peccato gravi proximi. Indagare enim tenetur solus Superior. Secundò, Si probabile sit non emendasse, nec emendaturum, vel relapsurum: quia eleemosina egenti tantùm danda est. Tertiò, Si alius què idoneus non adsit qui correcturus putetur. Quartò, Si sit spes fructus; quia desperatò sine cessant media. Quintò, Si sit bona occasio, locus & tempus opportunum, possis que sine tuo gravi damno facere. Unde patet ejus omissionem in privatis vel nullam esse, vel levem culpam. Busenb. lib. 2. tit. 3. c. 2. dub. 24.

Corripiendus 1. Separatim, nisi 1. præstet Superiori deferre. 2. Sit publicum. 3. Vergat in grave detrimentum, nisi 4. Si sit contentus, ut Superiori statim deferatur, ut apud quosdam Religiosos, qui juri suo renuntiant. ibid.

Præter hos tres modos addit Vallensis adhuc duos. 1. Per exceptionem.

2. Per notorium. de quo supra ad num. 1.

AD TITUL. III.

De Simonia.

AD num. 3. in fine adde. Simonia à sacrilegio distinguitur, quod sacrilegium importet irreligiositatem sive irreverentiam, factam rebus sacris contractam in actionibus involuntariis, in quibus ex parte illius, cui fit irreverentia, involvitur aliqua ratio involuntarii, & aliàs non admiscetur voluntaria commutatio, quo pacto percussio Clerici est sacrilegium, non simonia, quia absque commutativo contractu, & aliàs Clerico invito fit irreverentia. Sic & DEUS, cum Monachus voluntariè frangit votum obedientiæ. v. g. Castitatis speciali modo est involuntarius, quod non est in aliis peccatis: quia violat sanctitatem suæ personæ contra voluntatem DEI, cujus cultui erat ex vi voti dicata. Nam sicut in genere injustitiæ propriæ dictæ distinguuntur essentialiter commutationes voluntariæ, v. g. fraudulentia emptionis & venditionis, & usura in mutuis, ab involuntariis, scilicet furto & rapina; ita in genere irreligionis, quæ est pars potentialis injustitiæ distinguuntur essentialiter irreverentiæ & injuriæ circa sacra. Unde venditio Christi à Juda facta fuit sacrilega, non simoniaca. Ratione dant 1. Quia vendidit eum, non ut illis esset utilis, sed ut crucifigeretur. 2. Quia intendit solum vendere hominem. Sed rejicitur 1. Quia non curatur finis extrinsecus. 2. Quia non est necesse, ut cognitio vendentis feratur in actu signato in rem spiritualem ut talem. Ratio datur

datur 1. Quia fuit involuntarius contractus respectu Christi, cui inferebatur injuria. Secunda, Quia potius tradidit, non vendidit tanquam rem suam.

Ad num. 4. in princ. Spirituale in hac materia intellige quodvis supernaturale donum ad animæ salutem directè institutum, ita Laym. hic.

Ad num. 7. in fine adde. Ex Caramele Hier. disp. 16. quod ante legem usque ad Aaronem fuerit sacerdotum primogenituræ annexum (post legem enim Aaron solus & ejus posterii consecrati in Sacerdotes, propter hoc, quod reliqui omnes peccarint adorando vitulum præter Levitas) ex quo obicitur, quod Jacob emendo primogenituram ab Esau, commiserit simoniam; atque hoc crimine non inficitur Jacob, quia fuit innocens; ergo non habuit annexum sacerdotium. Respondet 1. Jus ad primogenituram potuisse vendi, non autem jus connexum sacerdotii. Respondet 2. non esse certum, quod Esau fuerit primogenitus, & sic sicut licet corpora Sanctorum ab infidelibus occupata redimimus, & abusive emimus, ne nobis injustitia fiat, ita ipse emere potuit, cum ipsi à DEO fuerit datum.

Ad num. 11. in fine adde. Ex Bufenb. lib. 6. tit. 1. c. 4. Quid sint Sacramentalia & quid efficiant? Respondet, Ceremoniæ Ecclesiasticæ, quæ vulgò dicuntur Sacramentalia, sunt actus externi Religionis ad colendum DEUM accommodatis. v.g. Oratio Dominica, aqua benedicta, Confessio generalis, eleemosyna, benedictio ab Episcopo vel Abbate consecrato data, quæ ex

antiqua traditione dicuntur remittere venialia, & continentur hoc versu

Orans, tinctus, edens, confessus, datus, benedicens.

Ad quæ revocantur unctio peccatoris, unctio in Regem, item aliæ Ceremoniæ &c.

Ad num. 13. in fin. adde. Pro Ordine conferendo minister, vel ejus Notarii nihil temporale exigere possunt. Gonz. ad c. antiquam 1. h. t.

Pro Benedictionibus nubentium, seu exequiis mortuorum Parochus aliquid exigere non debet. Gonz. ad c. suam 28. h. t.

Ad num. 16. in fine adde. Quæritur: Utrum habitus militantium ordinum vendi possint absque simoniæ labe? Resolvitur quod non: quia venderet ingressum Religionis, sunt enim vere Religiosi, cum res uxoria & bonorum possessiones quidem pugnent cum statu Religionis in sua perfectione considerato, non autem sub Regula laxiori, est enim voti solennitas jure positivo inducta, ut etiam eadem solennitas temperari possit ab Ecclesia, sicut in his dispensavit, & temperat, ut conjugalem castitatem servant.

Dos assignata & data, si non profiteatur, reddenda, Trivis. 1. dec. 57.

Pretium recipere pro habitu Monastico simoniacum est, & illud recipiens suspendendus ab officio. Gonz. ad cap. veniens 18. h. t.

Ad num. 28. Pro sepultura in Ecclesia præstanda pretium exigere non debet. Gonz. ad cap. abolenda 13. supra de sepult.

Con-

Consuetudo, ut pro Episcopis, Abbatibus, vel aliis prælatis in sedem ponendis, seu exequiis mortuorum aliquid exigatur, observanda non est. Gonz. *ad cap. cum in Ecclesia 8. h. t.*

Ad num. 40. in fine adde. Obtinens beneficium simoniacè pretio interveniente, ab eo removeri debet. Gonz. *ad cap. in sinuatum 12. h. t.*

Pro spiritualibus assequendis homagium fieri non debet. Gonz. *ad cap. ex diligenti. 16. h. t.* Fagnanus.

Ad num. 46. Busenb. lib. 4. c. 2. dub. 1. art. 6. Pensio est jus percipiendi fructus ex alieno beneficio. Estque triplex. 1. Temporalis, quæ datur propter ministerium spirituale, v. g. Cantori, educto, 2. Spiritualis, quæ fundatur in titulo merè spirituali, ut quæ datur Concionatori, Coadjutori Episcopi. 3. Media quæ fundatur in statu spirituali, nõ tamen officio spirituali, ut quæ datur Clerico pauperi, vel Parocho seni ad sustentationem, vel quæ datur causi resignationis, vel litis componendæ. Duæ posteriores dicuntur Clericales, quia Clericis, prima laicalis, quia laicis tantùm datur.

Ad num. 86. in fine adde. Simonia adæquatè in mentalem, conventionalem & realem dividitur, non tanquam genus in diversas species, sed tanquam subje&u in diversos modos seu status.

AD TIT. V.

De Magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.

Ad num. 1. in fine adde. Vel licentia docendi Theologiam provenit

à Rege, vel potestate sæculari, & tunc vendens eam, non simoniam, sed turpe lucrum committeret. Vel provenit à potestate spiritualis jurisdictionis, sicut si Prælatus alicui concedat docendi licentiam, & tunc esset simoniacus, non propter spiritualitatem rei venditæ, sed actionis ipsius seu licentiæ, quæ à potestate spirituali provenit. Sicut si Judex Ecclesiasticus venderet Sacerdoti facultatem exercendi officium Advocati propter abusum spiritualis jurisdictionis. Et in hoc sensu inquit, prohibetur tanquam simoniacum & contra illud: *Gratis accepistis in cap. 2. de Magistris.*

AD TIT. VI.

De Indis & Saracenis.

Ad num. 1. Observe ex Busenb. lib. 2. tr. 1. c. 4. dub. 1. Infidelitas generatim est triplex. Prima *negativa* eorum scilicet, qui nihil unquam de fide audiverunt, quæ non tam est peccatum, quàm pena peccati. Quia si fecissent, quod in ipsis erat, DEUS fidem eis non abscondisset. Secunda dicitur *contraria* eorum, qui fidem sibi sufficienter propositam vel contemnant, vel ei contradicunt pertinaciter ut hæretici. Tertia *privativa*, quod privativè opponatur fidei, & est culpabilis ignorantia, vel error circa res fidei. Contraria est paganismus, judaismus & hæresis, quo refertur Apostasia.

Judæus Christianum mancipium retinere non debet, sed cogitur justo pretio Christianis vendere, & si renuat, servus

servus eripitur in libertatem. *Gonz. ad cap. multorum. 2. h. t.*

Judæi inter Christianos commorantes veteres Synagogas reparare valent, novas verò erigere nequeunt. *Gonz. ad c. Judæi 3. h. t.*

Christiani deferentes ad Saracenos arma, vel in ipsorum navibus regimen exercentes, excommunicantur, rebusque privantur & captivitas servi fiunt. *Gonz. ad cap. ita 6. h. t.*

Judæi seu pagani non debent præfici officiis publicis inter Christianos, aut in eos jurisdictionem exercere. *Gonz. ad c. cum sit 16. h. t.*

AD TIT. VII.

De Hæreticis.

AD num. 1. in medio post verb. pertinaciter adde Non est hic acriter & mordicus suum errorem tueri, sed est eum retinere, postquam contrarium est sufficienter propositum; sive quando scit contrarium esse ab Ecclesia definitum. *Bulsenb. lib. 2. tit. 1. c. 4. dub. 3.*

Ibidem ait esse hæreticum, qui affirmativè de aliquo fidei articulo dubitat, id est, judicat esse dubium. Dicitur affirmativè. Quia negativè tantum dubius, id est, suspendens judicium, per se & simpliciter non est hæreticus, quia non habet judicium; ergò nec erroneum, modò tamen non ideò suspendat, quod virtualiter judicet, non liquere de certitudine objecti.

Rustici aliique homines simpliciores in Germania, qui hæretici habentur, & tamen pertinaces non sunt,

possunt absolvi à suis Parochis, qui non sunt hæretici formales, habentque fidem Catholicam in Baptismo susceptam, quæ non perditur, nisi errando pertinaciter.

Ibid. §. 8. Lapsus in hæresim non tenetur in confessione explicare qualis illa sit, eò quod sint omnes ejusdem speciei, alii tamen contrariam tenent.

Dubius in fide hæreticus est. *Gonz. ad c. 1. h. t.*

Scripta hæretici ab Ecclesia damnati damnata sunt, atque ita configenda comburenda. *idem ad c. 4. h. t.*

Episcopus hæredem instituens hæreticum seu paganum, consanguineum vel extraneum, etiam post mortem anathematizatur & nomen ejus ad diphthichæ defunctorum tempore Missæ aut non recitatur. *Id. ad c. 5. h. t.*

Hæretici & eorum Fautores seu Receptatores excommunicantur, & ita decedentes Ecclesiastica sepultura privantur. *Gonz. ad c. 8. h. t.*

Ad num. 13. adde. Credentes, Defensores &c. excommunicantur, & elapso anno, nisi resipiscant, fiunt infames. *Gonz. ad c. 13 §. Credentes h. t.*

Liberamur ab omni obligatione, qua hæreticis tenebamur obstricti. *Id. ad c. 16 h. t. Pagnanus,*

AD TIT. VIII.

De Schismaticis & Ordinatis ab his.

Ordinationes factæ à Schismaticis nullæ sunt, quoad exercitium gradus, nisi dispensatum fuerit cum ita ordinatis. *Gonz. ad c. 2. h. t.*

M

AA

AD TIT. IX.

*De Apostatis & reuerantibus
Baptisma*

Regularis deferens habitum coopertum, nisi justus timor excuset, est apostata. Thom. Trivis. lib. 2. de cis. 19.

AD TIT. XI.

*De Infantibus & languidis
expositis.*

Graviter peccant parentes, qui sine justa causa prolem hospitali, vel locis publicis exponunt. Busenb. lib. 3. tr. 3. c. 2. dub. 2.

AD TIT. XII.

De Homicidio.

Observa ex Busenb. lib. 3. tr. 4. cap. 1. dub. 1. Directè absque autoritate Divina se occidere non licet; indirectè tamen quandoque licet; hoc est, aliquid facere vel omittere, ex quo præter intentionem mors certè sequatur: quia præceptum conservandi vitam, utpote affirmativum non semper obligat, sed potest omitti propter bonum finem, necessitatem, vel magnam utilitatem. Sic licet etiam se certo periculo mortis exponere pro conservanda corporali integritate. Item licet reo non fugere, etiam se sponte sistere, Carthulianus non tenetur vesci carnibus, si ex morbo mors imminet, nisi comedat. Item non tenetur quis me-

diis duris v.g. abscissione cruris vitam conservare, nisi tamen ea *communis* bono sit necessaria.

Idem lib. 5. cap. 3. dub. 6. Ita est inordinatus appetitus vindictæ, sive ex parte modi irascendi, sive ex parte objecti. Si appetas vindictam injustam, vel justo majorem, prior est veniale, posterior ex genere suo mortale: quia est directè contra charitatem. Filias habet in corde: indignationem, tumorem mentis, quo quis morosè excogitat vindictæ vias. In ore clamorem, blasphemiam, contumeliam, maledictionem. In opere, pugnas &c.

Ad num. 6. in fine adde. Si ob minas illatas servatur homicidium, an incurratur irregularitas? affirmatur, poniturque casus, quo Clericus cognoverat nuptiam, & quia suspicabatur quòd illa ahum admitteret, minabatur, quòd proderat marito; illa inquit, si feceris, veneno me occidam; cum is imprudenter insisteret dictis, illa sumpsit venenum & periit. Ratio decisionis, quia est homicidium indirectè volitum. Item quia talis minans est par mandati vulnerare, vel consulenti. *Ex cap. fin. h. t. in 6.* Item est similis percipienti, ex qua percussione sequitur abortus. Item ei, qui fugientem detinet, ne fugiat, si sequatur mors.

Ad num. 16. in fine adde. Ex Busenb. lib. 3. tr. 5. cap. 2. dub. 6. art. 3. Ebrius occidens si non prævidit, non tenetur ad restitutionem. Quia verò occidit Cajum putans esse Maxium, tenetur ad restitutionem: quia actio ista est Cajo injuriosa.

Debet restitutio ratione occisi fieri, tan -

tantum parentibus interfecit, filiis, uxori, quia hi soli directe laeduntur, cum moraliter censeantur una persona cum occiso, nisi tamen occiderit animo etiam nocendi aliis v.g. creditoribus. *Ad num. 17. adde. Ex Busenb. lib. 3. tr. 5. cap. 2. dub. 6. art. 6.* Si quis alterum induxit ad peccatum suasionem vel exemplo suo, tenetur quidem ex charitate quoad potest eum revocare ad meliorem statum, sed non ex iustitia. Si quis autem induxit fraude, dolo, injusto metu &c. Tenetur ad id ex iustitia, quia quisque habet jus, ne injuste laedatur in bonis spiritualibus. Unde si laedatur, debet id spirituale restitui, si potest.

Ad num. 44. in fine adde. Quod possimus uti verbo tradendi probatur ex Can. Si quis Sacerdotum *xv. q. 1. cap. 2.* & si Clerici. *De iudic. cap. novimus de V. S. Trident. Sess. 13. cap. 4.* Quia per traditionem hanc nullus fit influxus physicus, vel moralis in homicidium.

Ad num. 45. in fine adde. Exemplum à pari. Sic & Theologi duos affectus voluntatis in DEO, qui vult 1. ex affectu antecedenti & conditionato omnes, etiam reprobos salvos fieri, quem sine fictione explicat, per vocationes & auxilia sufficientia. 2. Idem vult per affectum consequentem efficacem, & beneplaciti post demerita praevisa eos absolute æternum damnare, Sic & Judex Ecclesiasticus affectum primum inefficacem licet, & conditionatum intercedendo non fide manifestat; Alterum verò, quod legibus communibus se conformans complacet sibi de ejus condigno supplicio. *Franc.*

de Araux de stat. Eccl. tr. 1. q. 4. n. 10.

Ad num. 62. in fine adde. Ex Busenb. lib. 3. tr. 4. cap. 1. dub. 5. art. 3. Contra hostem licet uti insidiis & stratagematis, dummodò absint mendacia, et si etiam hæc v. g. quando exploratores fingunt amicos, non sint mortalia.

Ea verò ad quæ cavenda nulla prudentia datur, v. g. veneno inficere puteos, aquas, glandes, sunt contra jura belli, nec licent.

Clericus pugnans in bello etiam contra inimicos fidei, si quemquam percusserit, irregularis manet. *Gonz. ad cap. 24. h. t. Fagnanus.*

Ad num. 67. adde. Ex Franc. de Arauxo casu 10. Religiosus alium Ordinis extra Conventum moribundum invenit, quem contra medici iudicium curru imponit & ad Conventum misit, quo perveniens statim mortuus fuit, quæsitum, cum sit mors accelerata, an sit irregularis? Respondet affirm. Propter duas regulas assignatas à Cajetano de homicidio casuali dante operam rei licitæ. 1. Imputatur, quando non adhibet diligentiam, quæ à communiter prudentibus emanare consuevit. 2. Si actio periculosa sit ex suo genere, major diligentia adhibenda est, id est ea, quæ apponit debitas circumstantias, cum quibus actus honestetur, & sine quibus redderetur opus illicitum ob periculum, uti habere infantes in lecto &c. ergò. Et si esset res dubia, in foro conscientie habendus esset pro irregulari.

Qui lethaliter peccat ob non adhibitam diligentiam in homicidio præcavendo irregularis manet, si veri illiciti.

ta, siue licitæ operam dederit. Gonz. ad cap. de casero. 11. h. 1. Fagnan.

Ad num. 77. Observa ex Busenb. lib. 7. cap. 5. dub. 4. Non fit irregularis, qui excæcavit hominem solo visa privando, non autem oculum extrahendo,

Qui infirmo aliquid dat, vel facit bona fide, ex quo sequitur mors, vel acceleratio per accidens, non fit irregularis, nisi concurrat lata culpa.

In bello injusto si vel unus occidatur, totus exercitus fit irregularis, saltem si aliqua ratione sit cooperatus.

Irregularitas oritur ex infamia, siue juris (quæ vel ex delicto proprio, vel parentum, vel vili conditione personæ nascitur) siue facti, modò crimen publicum sit: ex occulto enim non oritur, si homicidium & censuræ violationem excipias. Id. dub. 5.

AD TIT. XIV.

De Clericis pugnantibus in duello

Duellum propriè acceptum definit Vasquius Illustr. *Controvers. lib. 1. cap. 11. n. 36.* quod sit singulare certamen aut pugna æquis legibus dimicantium, regulariter: quia potest etiam unus duos diffidare seu ad pugnam provocare.

Eum, qui moritur ex vulnere accepto, si vivus ex loco decessit, nõ esse privandum sepultura Ecclesiastica ait Busenb. lib. 3. tr. 4. cap. 1. dub. 1. in fine.

Ad num. 6. Adde ex Busenb. lib. 3. tr. 4. cap. 1. dub. 5. art. 1. Acceptare licet duellum, si quis alias te occisurus, con-

cedat tamen arma, ut sic fortunam experiaris, quia est tantum defensus,positoque quod aliter non possis evadere. Similiter si Judex duos ad mortem damnatos vellet duello congregari; quia alter alterius esset constitutus minister justitiæ.

AD TIT. XVI.

De Adulteriis & stupro.

Observa ex Busenb. lib. 3. tr. 4. cap. 2. quod luxuria sit inordinatus appetitus vel usus delectationis, seu sensus veneri, qui fit cum commotione spirituum procreationi servientium circa partes corporis venereas, ira ut aliæ delectationes etiam sensitivæ non spectet ad luxuriam. Idem dub. 1. Distinguenda est imprimis intentio & delectatio veneri & veneriorum, ab intentione & delectatione sensitiva & sensitivorum aliorum, quæ consistit in quadam proportionæ & conformitate rei tactæ cum organo tactus.

Idem dubio 2. Concubinarius (sicut & meretrix) ordinariè non debet absolvi, nisi dimissa concubina aut muliere suspecta, cujus retentio scandalum daret, licet cum ea non peccaret. Si cum sponsa alterius quis peccet, est gravior, & in confessione aperienda; alii tamen contra.

Dub. 3. Sodomia imperfecta est congressus cum debito sexu, sed extravas naturale. Perfecta congressus cum eodem sexu.

Idem l. 3. tr. 5. cap. 2. dub. 6. art. 4. Precisè pro sola virginitate non obligat restitutio. Unde si stuprum mansit clam, aut

aut non impedivit, quin ægrè opulentiè nuheret, ad nihil tenetur stuprator.

Idem *lib. 5. cap. 3. dub. 3.* Luxuria habet filias ex parte intellectus 4. *Cecitatem mentis, præcipitationem; inconsiderationem; inconstantiam.* & 4. ex parte voluntatis: *Amorem sui; Odium DEI, Affectum præsentis sæculi, Honorè futuri*

Idem *dub. 4.* Recenset filius invidiæ; oñium, detractionem, gaudium in malis proximi, iustificationem; differt ab *emulatione & zelo*, ubi quis dolet, quòd sibi desit illud bonum, & ab *indignatione*, ubi quis dolet, quòd alter eo bono indignus &c.

Optans se non fuiffenatum &c. vel diem esse maledictum, si tantum intendat maledicere creaturæ irrationali v. g. diei, est tantum veniale; aliquando nullum ut Job. si autem directè attendat optare malum homini sive sibi, sive alteri, est mortale.

Ad num. 5. Observa. Si agatur ad separationem quoad thorum, quòd agatur civiliter, tamen *cap. 5. de procurat.* dicat hanc accusationem esse mixtam inter civilem & criminalem, ut in ea per præsentiam principalium personarum securius procedatur.

Ad num. 13. Observa ex *Laym. lib. 5. tract. 10. cap. 6. n. 9.* ubi ait quasdam actiones ab objecto suo ita malas esse, ut malitia separabilis non sit, v. g. DEUM odisse, mentiri (quo refertur adulterari) quasdam malas esse, & contra jus naturale, quæ tamen cohonestari possunt, si talium exercendarum jus conferatur ab eo, qui potestatem habet, v. g. furtum, si Dominus consentiat, vel consentire debeat; Occisio innocentis,

si DEUS, qui est Dominus humanæ vitæ consentiat.

Ad num. 14. Observa, quòd Oseas Propheta publicus iussus fuerit accedere ad mulierem fornicariam, & cum ea actum habuerit, non tamen fornicarium, sed conjugalè; agnovit enim ex revelatione Divina, quòd sibi daretur in uxore, cui ipsa consentire debuit.

A D T I T. XVII.

De Raptoribus, Incendiariis & violatoribus Ecclesiarum.

Observa ex *Busenb. lib. 3. tr. 4. cap. 2. dub. 2.* Si quis consentientem abducat, non est propriè raptus, sed fuga, non addens malitiam, distinctam à fornicatione. Raptores seu detentores rerum Ecclesiasticarum coram utroque Judice tam Ecclesiastico, quàm sæculari conveniri possunt. *Gonz. c. cum sit generale 8. de foro compet.*

Ad nu. 2. in fine addde. Ex *Sann. tom. 3. dist. ultim. q. 7. n. 14.* qui ait, quòd jure antiquo raptus non dirimebat matrimonium, ita ut potuerit famina, metu & violentia cessante etiam non restituta loco tuto, contrahere matrimonium per *cap. fin. h. 2. & n. 55.* Si mulier rapiat virum, non dirimitur matrimonium, ut tenet communis: quia Tridentinum de viro loquitur, & est lex odiosa.

A D T I T. XVIII.

De furtis.

Observa ex *Busenb. lib. 5. c. 3. dub. 2.* Avaritia est inordinatus appetitus temporalium. Filius habet. 1. *Obduratorem cordis* contra egentes. 2. *Inquietudinem*

M 3

mem

nem cordis, 3. *Violentiam*. 4. *Fallaciam* in verbis 5. *Fraudem & dolum* in factis. 6. *Proditionem* &c.

Qui furatur hominem & vendit, ultimo supplicio afficiendus est. Pro furibus & latronibus in flagrante crimine deprehensis & occisis non orat Ecclesia; si verò in morte peccata confiteantur, Communionem illis non denegat. Fur occultus post pœnitentiam ad sacros Ordines promoveri potest. *Gonz. ad cap. 1. 2. c. 5. b. 1.*

Ad num. 4. Observa ex Busenb. lib. 3. tr. 5. ca. 1. dub. 5. Si furtor particulas panis à diversis surripiat, si mercatores utantur brevioribus ulnis &c. peccant graviter, quia nocent Reipublicæ, & praxis illa valde perniciosa est societati humanæ. Excusantur subinde à gravi, si non intendat notabile aliquid accipere. Secundò, si id faciant, ut se servent indemnes; vel quia aliàs non lucrarentur, vel pretium augere deberet, & tunc inveniuntur emptores, si aliàs non haberent unde se vel suos alant.

Ad num. 12. in fine adde ex Busenb. lib. 2. tr. 3. cap. 2. dub. 5. art. 1. Etsi is, qui scandalizavit alios, teneatur illis rursus dare bonum exemplum, si quis tamen *nudo exemplo* suo alios ad furtum induxit, neque exhortatione, consilio vel mandato cooperitus est, non tenetur ad restitutionem, quia talis inductio est tantum contra charitatem, non justitiam. Idem ait esse Lessius, si cum Cajjo v. g. potires eà intentione, ut is consumptis pecuniis fureretur.

AD TIT. XIX.

De Usuris

Ad num. 5. adde Huc referri potest

Cambium, quod est permutatio pecuniæ cum pecunia, differt à mutuo, quia mutuum perficitur traditione pecuniæ ab uno facta, cambium non Mutuum etiam in aliis rebus locū habet, cābium nōn nisi in pecunia. Aliud est *manuarium seu minutum*, quando eodem loco & tempore pecuniæ commutantur. Aliud *locale*, quod mutat pecuniam in loco distante. Utrumque est licitum. Sic etiam licet Officiali, qui pecuniam Principis congregat, eam in cambium dare, modò Dominus non prohibeat, & Officialis tam potens sit, ut possit talem pecuniam statim, cūm petitur, exhibere, quia Domino damnum non evenit, neclucrum cessat. Ita Pater Kichler. *disp. 13 sect. 4.* Idem est si Dominus famulo det 100. v. g. aureos alteri deferendos. Potest enim famulus eos licitè permutare per cambium, & lucrum sibi reservare, quia hoc industriæ est, nisi alia, sit mens Domini. Idem ibid. tradit quòd *cambia sicca* sint cavenda. Est autem *siccum*, quādo usuram pallio sub cambio dans ipsi hic pecuniam, ut mihi Romæ v. g. solvat plus, quem tamen scio Romæ solvere non posse.

Non est usura si mutuans nihil intendat, ut pretium, sed tantum speret aliquid ex gratitudine, & ea intentione illi aliquid detur, licet illud in finem principalem intendat. Quod si autem intelligeret donatum non gratis, teneretur restituere quantum inde ditior evasisset. *Busenb. lib. 3. tr. 5. cap. 3. dub. 7.*

Ad num. 5. ait Busenb. lib. 3. tr. 5. cap. 3. dub. 15. quod pro fidejussione liceat accipere pretium, etsi nullum periculum timeatur; quia ex se est pretio estimabilis. Ad

Ad num. 8. Obserua ex Franc. de Arauxo de stat. Civ. disp. 1. q. 1. n. 17. dub. 2. ubi ponit casus tres. 1. Emo à tetriticū colligendum mense futuro Augusto pretio 12. ob anticipatam solutionem, quod pretium est minus iusto, quo tunc aestimabitur, & hoc casu sum usurarius, quia æquipollenter mutuo istam pecuniam, ut tantum, & plus recipiam. 2. Emo triticum colligendum in Augusto pretio, quo tunc triticum valebit. Et non sum usurarius: quia pretium iustum rei comitatur ejus existentiam. 3. Emo triticum colligendum in Augusto taxato jã pretio pro 12. quia incertum an tunc plus vel minus valebit. Et non sum usurarius per c. naviganti in casu 2. quia fundatur in anticipata solutione, sed in conjeturali aestimatione rei dubie, quæ potest prudentiã & pacto definiti, arg. à sponsonibus desumpto.

Ad num. 16. Obserua ex Busenb. lib. 3. tr. 3. cap. 3. dub. 16. in fine. qui ait non facile damnandos eos, qui à Principibus loca, pascua, Officia in Antichristū habent in locum debitorum.

Ad nu. 17. adde. Rejicitur à quibusdam solutio de donatione ex eo, quod cum Pontifex esset interrogatus de jure, non responderit de donatione. Item quia multoties socer non haberet animum donandi, ergò tunc deberent imputari in sortem. Unde ponunt rationem in obligatione supportandi onera matrimonii salvã dote, quæ in ca. assignatur. Admittunt consequenter hoc idem procedere, si extraneus dotem promiserit, & in securitatem pignas fructiferum dederit, quia in eo ratio textus assignata militat. Itẽ posse maritum pacisci pensionem annuam,

quantam ex dote verosimiliter lucrari possit. Colligunt præterea si fructus pignoris excedant onera matrimonii, quod maritus teneatur excessũ vel reddere, vel in sortem dotis imputare, nisi donet alter. Item quod soluto matrimonio heredes mariti teneantur uxori alimenta præstare, quæ verosimiliter ex dote fructificari possent, quia semper tenetur maritus de dote integra solvenda, ut ad æquivalens teneatur non solum lucri cessantis, vel damni emergentis nomine, sed ex ipsa conditione dotis, quæ ad id maritum obligat.

Ad num. 25. Obserua quosdam considerare triplicia bona; vel *propria bona* usurarii, quæ ajunt non esse obligata; vel bona *ex usuraria pecunia* comparata, & nec hæc obligata esse dicunt, quia non surrogantur in locum pecunia; vel ipsa *bona usuraria*, & ajunt esse obligata, vel potius sentiunt non transire dominiũ ut dans ea vindicare possit, sicuti extant, nisi commixta sint, ut discerni non possint. Alii omnia bona obligata esse asserunt, alii dicunt nõ esse omnia bona obligata. Alii ajunt primam sententiam esse intelligendam de obligatione personali, secũ jã de reali.

Ad num. 31. An & quando liceat alterius peccato materialiter cooperari, vide Busenb. qui lib. 2. tr. 3. cap. 2. dub. 5. art. 3. requirit conditiones. 1. Si cooperatio sit secundũ se bona vel indifferẽs. 2. Si fiat bona intentione & rationabili ex causa, non etiã ut juves alterum peccare. 3. Si alterius peccatum impedire nequeas aut saltem non tenearis. Ubi etiam observat, quod quantò gravius est peccatum, tantò gravior ratio esse debet. Resolyit casus. 1. Licite materialiter

rialiter cooperatur sponsa contrahens cum sponso, quem scit Sacramentum accipere in peccato mortali. Sciens vero eum habere votum castitatis, peccat contrahendo, quia ad contractum illicitum concurrat.

2. Licite reddit debitum petenti, qui est obstrictus voto castitatis, si eum non possit à proposito evocare.

3. Parochus licite communicat hæreticum occultum.

4. Excusantur famuli, si ratione simulantis sui præstent obsequia, quæ sine gravi damno negare non possunt v. g. comitentur ad lupanar, aperiant ostium &c. quia hæc se remotè tantum habent.

5. Si propinquiora sint v. g. humeros supponere, ut ad concubinam ascēdat, literas amatorias ferat &c. ut licite fiant, requiritur periculum gravis damni, si detrederent.

6. Sic excusantur caupones, si vendant iis, qui se inebriant &c. quia biberent alibi.

7. Ea, quæ proximè cōcurrunt facere non licet, v. g. occisuro dare gladium; nisi non dans aliàs occidendus esset.

8. Ubi permittitur usura, meretrices, licet illis domum elocare, nisi valdè nocerent vicinis honestis, vel ob suum elocans majorē ansam daret peccatis.

9. Artifices non peccant, qui vendunt res indifferētes, licet emptor abutatur. &c. Venena autem vendere non licet, nisi iis, qui bene usuri putantur &c.

Ad num. 52. Observa ex Busenb. lib. 3. tit. 5. cap. 3. dub. 10. qui ait: Cambium aliàs permutatio, hic accipitur pro sola permutatione pecuniæ, quod quadruplex est. *Minutum* cum datur pecunia alia pro pecunia, & hoc licitum etiam

cum aliquo lucro. Titulus enim est labor campforis in numeranda pecunia. Item diligentia in conquirendo, ut semper sit paratus. Item paritas & commoditas, ut cum aurea datur pro alia 2. *Per literas.* & hoc est licitum, quia titulus virtualis trajectionis pecuniæ & assecuratio, minus tamen exigere debet, quàm si realiter pecuniam transfuisset.

3. Est *reale* cum campfor hic prior dat pecunias, ut per suos eas alibi recipiat à campfario, qui alibi habet, sed eget nunc eis hic, Titulus translatio & assecuratio, tantundem enim facit campfor ac si pecunias campfarii absentes fisteret hic presentes, vel eas emeret. 4. *Fictum seu fictum*, quod nihil aliud est, quàm titulus lucrandi v. g. Titius egens petit pecunias à Campfore, Campfor non aliter dat, nisi Francof. v. g. solvendo. petitq; ab eo pretium, quod dari solet. Titius ergò accipit, & tamen non cogitat reddere Francof. v. g. quia ibi nihil habet, idque constat Campfari, est cambium fictum, & verè mutuam, unde usura, nisi lucrum cessans excuset.

Ad num. 53. Observa, quod iste mons sub Pio II. qui fuit Æneas Sylvius in Italia initium sumplerit. Probatum esse licitum: quia in Concilio approbatus generali, quod errare non potest in iis, quæ ad fidem & mores pertinent. Neque obstat quod dicatur additum quatenus sacris Canonibus non contrariantur. Quia intelligitur, *qua*, vel *quia* non contrariantur. Probatum etiam ex eo, quia *solvenda expansa ab eo, cujus interest* montem conservari. Atqui hic interest non solius Domini, sed universitatis pauperum, ut ei succurratur

juxta

juxta ordinationem primam ; ergò. Probatur minor: quia vel erigens mò- tem ipse dominium pecuniæ retinet , concessã solum administratione Reip. vel transfert dominium & administratione in Remp. vel plures eam pecuniam in Remp. sub hoc onere contulerunt; ergò semper interest Reip. facit & huc, quod obligatio ad mutuandum , quæ hic intervenit, mercede digna sit.

Dices: Aerarium ipsum est Dominus sui ; ergò tenetur se ipsum suis expensis conservare, sicut homo est cultos suorum membrorum, & ea conservare tenetur. Reso. debet esse realis distinctio inter Dominum, & rem, cujus est Dominus, quæ hic difficulter intelligitur. Homo autem à suis membris ob partem rationalem realiter discriminatur. Et si talis mòs suis expensis se conservare teneretur, minueretur paulatim usque ad totalem sui extinctionem.

Aliqui volunt non esse hic mutuum, sed vel societatem quasi dominium esse commune pauperibus ; vel locationem, vel sub certo auctario.

A D T I T. XXI.

De Sortitiis.

Ad num. 2. Observa 1. quod aliqui ad sortes divinatorias requirant. ut eventus sortis expectetur à Deo, aliàs erit superstitiosus pactum explicitum, si expectetur à dæmone, vel per implicitum, si ab astris & fato, & consequenter, peccatum mortale. 2. Ut fiat simplici animo sine admixtione superstitionis, vel ab usu rerum sacrarum; aliàs irreverentia, quæ, si magna, mortale, si parva, veniale est. 3. Ut sortientes æquali jure nitantur; aliàs est imprudencia; & si præ-

judicium, v. g. Reip. si digni & indigni admittantur, etiam injustitia. 4. Ut non sit præcipua intentio sortientium inquirere voluntatem Dei modo extraordinario, nisi tantum discordiarum & invidiarum ablatio & extinctio; id est non perveniatur ad sortes, quando aliàs commodè lis sopiri potest, aliàs est peccatum vanitatis & veniale, nisi expectetur miraculum, ut in ferro cæcitate, tunc enim est mortale. In sortitione tamen rerum propriarum necessitas non requiritur, sed videtur sufficere voluntas. quamvis D. Tho. & Delrio contrariæ videantur esse opinionis. Sic nemo reprobat electionem Tutularis Patroni, vel menstrui &c. licet nulla sit necessitas.

Observa 2. quod *obsessi* dicantur, quorum corpora dæmon non intrat sed extrinsecus arripit & torquet. *Possessi* verò, quorum corpora inhabitat. *Maleficiati*, quos solum applicando activa passivis malo aliquo, v. g. febris, amatorio ligamine afficit ex pacto inito cum maleficis, aut etiã per seipsũ immediate.

Observa 3. Errorem Hermetis, Porphyrii, Proculi & antiquorum Medicorum fuisse sentientium rebus naturalibus, virtutem naturalem ineffe cogendi dæmones *directè & per se*, ut appareat, accedant, fugiant, ut aliquid faciant, vel facere desinant. Dicitur *directè*, secus indirectè. Sic per cytharam Davidis Saulis humores temperabantur & minus idonei dæmonis vexationi reddebatur & sic lenius habebat. 1. Reg. 16. Sic & melancholici, in quibus atra bilis abundat, aptiores sunt dæmonum invasioni & vexationi. D. Prosper autem cytharam cruci, Eucherius passioni Christi per figuram

guram comparat, & eatenus dæmonem, fugasse affirmat. Eodem modo ad Tob. 6. ubi Asmodæus vel indirectè fugatus est fumo cordis piscis Calliomi, ni propter inductam dispoſitionem minùs aptam, vel virtute allegoricâ cordis Christum præfigurantis. Levitæ Exorcismis à Salomone compositis domones olim expellebant, quibus aliqua virtus Divina inerat, licet non tanta, quanta Exorcismis ab Ecclesia institutis. Alias autem fit ex pacto cum dæmone vel expresso, vel tacito.

Ad num. 8. Ad usum fortium consultoriarum requirunt 1. Articulum necessitatis, ne tentetur Deus. 2. Positivum actum reverentiæ. 3. Modum proportionatum, ne Divina Oracula vel Reliquiæ ad secularia convertantur. 4. Debitam materiam, ne fiat pro dignitatibus Ecclesiasticis.

Ad num. 9. Observa pactum implicitum esse, quando quis exquirat cognitionem soli Deo reservatam aliunde, quàm ex Deo, id est, per media indebita, & ad id minimè à Dea instituta; nam dæmon se ingerere solet, ut homines implicet vanitate. Unde qui hoc intendit, eo ipso vult à dæmone doceri; & tacitum cum illo pactum contrahit. Explicitum quando quis vel expressè dæmonis auxilium implorat, aut facto ipso, quando facit id, quod scit dæmonem pro tessera suæ operationis & efficientiæ cõstituisse. Divinatoria fors, si fiat *divinativè*, id est, cum indebita usurpatione divinæ cognitionis, sive inquirendo prænotionem futuri, unde prænosci non potest, est intrinsecè mala. Si autè non fiat *divinativè*, sed inquirendo à Deo, & ex ejus revelatione præ-

notionè futuri, non est intrinsecè mala; & hoc modò fiebat in lege veteri, novà autè id non licet. Differt à consultoria, quod consultoria per se primò non ordinatur ad cognoscendum futura, sed solùm ad tollendas dubitationes plerumq; occurrentes, ut licite possit invocari Deus, ut *dignatur* indicare, quid agendum vel vitandum. Sors autem divinatoria per se primò ordinatur ad prænoscentia futura, sive occulta dependentia à libero arbitrio, quorum cognitio solius Dei est propria, & de his Spiritus S. Ecclesiam satis in lege *gratia* illuminavit, quantum necessarium est ad salutem spiritualem.

Ad num. 13. Observa ex Busenb. lib. 3. tr. 1. contra Religionem, quæ est virtus moralis, quæ internus & externus cultus Deo debitus exhibetur, peccatur per excessum, ut per superstitionem, & per defectum, ut per irreligiositatem cum speciebus. Superstitio enim est falsa Religio seu cultus *vittiosus veri, vel falsi* Numinis. Unde alia ratione rei culta, alia ratione cultus.

Divinatio, quæ fit per pactum expressum, & quæ dæmon expressè invocatur, excusari non potest à mortali; ea verò, quæ fit per pactum tantum implicitum, aliquando excusari à mortali quidam asserunt. Videlicet tunc, cum vel intercedit simplicitas & ignorantia non crassa, nec affectata; vel fides vera non adhibetur, sed tantùm timor quidam, aut suscipicio suscipitur eventus futuri eò, quod tunc verè superstitiosa nō sit, cū intèrio nō sit talis. *Ibid. dub. 2.*

AD TIT. XXVI.

Ad nu. 1. adde. Peccatum in Spiritum S. dicitur irremissibile Matth. 12.

Quia

Quia ordinariè , & ut plurimum non curatur à peccatoribus 1. Quia directè repudiat gratiam Dei. Sicut si infirmus unico remedio curari posset , & is illud admittere nollet , rectè dicitur morbus incurabilis. 2. Quia cùm sit peccatum ex malitia , & non ex ignorantia aut infirmitate, nihil in se habet, unde veniam mereatur. Sannius. tom. 3. dist. 7. q. 4. n. 8.

Ad num. 3. & 9. Observa quod tertius agat de dubio juris. num. 9. de dubio facti. Quod si igitur dubitem de jure, & operer, non incurro irregularitatem; quia præsumitur irregularitas non esse imposita; si de facto, debeo priùs dubium practicum deponere. Vide Zoef. de Vol. nu. 50.

Ad n. 12. in medio addè. Sepeliens si Divinum officium adjungat, sit irregularis. Per *Divinum officium* intellige orationes & solennitates in conductu, ut, qui illas legit solenniter, fiat irregularis, non reliqui, sicut in canente horas, ut idem videatur dicendum si solenniter benedicat fructus, ut in Paschate cibos, in purificatione candelas.

Ad num. 16. Quæres. Quid si Parochus solenniter illos copulet? Videtur etiam referri ad actus ordinis, cum benedictionem nubentium in aliena Parochia facere non possit.

AD TIT. XXIX.

De Clerico per saltum promotò

Observa; si Episcopus consecrationem Episcopalem ante alios Ordine

nes suscipiat, peccat quidem, suspensionem tamen non incurrit, tum quia Episcopatus propriè ordo non est, tum quia pœna suspensionis & interdicti Episcopum non ligat, nisi exprimat. Bonac. in *Verb. Ord. nu. 36.* Idem ait consecrationem Episcopi esse invalidam omisso Sacerdotio, quia character Episcopalis præsupponit Sacerdotalem, potest enim ordinare Sacerdotes. n. 37.

AD TIT. XXXI.

De Excessibus Prælatorum.

AD nu. 1. in fine. Tridentinum dedit Episcopis jurisdictionem in exemptos, & potest censuras ferre in tribus casibus. 1. *Sess. 22. Decreto. de vitandis & obs. celebrat. M. ff.* Ubi conceditur Episcopis facultas procedendi per Censuras contra exemptos celebrâtes in Oratorio privato, nõ approbato, aut horis non debitis, aut ritibus insolitis. 2. *Sess. 25. c. 5.* Ut Clausuram Monialibus imponant, & inobedientes aut contradicentes Censuris compellant. 3. *Sess. 25. c. 16.* Ubi non conceditur Episcopis, ut per Censuras cogant exemptos restituere bona novitiis respicientibus. In aliis casibus licet jurisdictionem habeant, non tamen Censuris procedere possunt, sed remediis aliis.

**

N 2

AD

A D T I T. XXXV.

De Purgatione vulgari.

PER purgationes vulgares tentatur Deus. Tentatio enim Dei est dictum, vel factum, quo quis explorat, num Deus sit potens, aut an aliam perfectionem habeat. Alia est *formalis*, quando expressè dubitans petit v. g. miraculum, & hæc est peccatum mortale. Alia *Interpretativa*, cui dubitatio illa deest, plerumque est peccatum tantum veniale, imò nullum, si iusta ad sit causa v. g. Dei instinctus, necessitas, vel pia utilitas &c. Busenb. *lib. 3. tr. 1. cap. 2. dub. 1.*

Purgatio vulgaris nec in causis civilibus, nec in criminalibus admittenda. Gonz. *ad c. dilectis. b. 1.*

A D T I T. XXXVI.

De Injuriis & damno.

BU Senb. *lib. 3. tr. 5. ca. 2. dub. 1. ait.* Quisquis intulit injuriam damnosam, etiam *materialem* tantum, tenetur restituere, sed non nisi id, quod ex alterius re adhuc habet, vel quo ex ea factus est ditior; qui formalem verò, in tantum, in quantum est damnum. An sufficiat culpa venialis? Sententia utraque probabilis & tuta, saltem quando non commode potest restituere.

Dub. 2 Tenentur concurrentes, qui his verbis continentur.

Iussi, Consilium, Consensus, Palpo. Recursus, Participans, minus, non obstant, non manifestans.

Ly *pa'po* denotat eum, qui vel laude, vel exprobratione, vel alio modo excitat, animat, *Recursus* ad quem damnificans recurrit, & recipit.

Ad materiam restitutionis observanda, per violationem justitiæ commutativæ veram & rigorosam fieri injuriam, quia hæc sola violat strictum jus. Si autem violetur alia justitiæ species, fieri tantum injuriam minus rigorosam. Unde etiam prior ad restitutionem obligat, non alia, ut distributiva v. g. eligat quis dignum, omisso digniore, licet eligens indignum ad restitutionem teneatur, quia hic contra contractum cum Republica initum agit. Eodem modo ad restitutionem non obligat *legalis*, nec *vindicativa*, quamvis hæc per accidens obligare possit. Sic Princeps aliquando ob mala, quæ in Republica orientur, obligatur ad fumentam viudictam; concurrunt enim quandoque cum distributiva, commutativa. Kichler. *disp. 14. sect. 4.*

Commutativa violari potest, vel per puras injurias v. g. si quis conetur furari, si quis impudicè aliquam osculetur secluso damno in honore; vel simul damnum inferendo, quod fit vel per *injustam acceptionem, detentionem, destructionem, alienationem*. Priori casu non oritur obligatio restituendi, licet satisfieri debeat; posteriori verò oritur ex quolibet capite, quamvis

quamvis etiam omnes quatuor modi in eundem hominem & eandem rem concurrere possint; ut si quis rem injustè accipiat, detineat, de alienet, ac tandem injuriosè destruat. *Idem ibid. sect. 5.*

Ex quali culpa obligatio restituendi oriatur; Observa quod culpa alia dicatur *Theologica*, quæ significat peccatum. Alia *Juridica*, quam idem facit quintuplicem, levissimam, levem, latam, latiore, latissimam. Latiore vocat dolum præsumptum; latissimum, dolum apertum. His observatis respondetur, ad restitutionem requiritur, ut damnum inferatur ex culpa *Theologica*. Probat ut 1. quia infantes, furiosi &c. non obligantur ad restitutionem, quia damnum non inferunt sine injuria formalis, sed injuria formalis semper est mala *Theologica*; ergò. 2. Quia talis coram Deo non obligatur; ergò nec in foro fori, quia talia damna non sunt voluntaria. Sic ex inanimadvertentia quem infamans, tenetur famam restituere, non ob acceptionem, sed ob detentionem.

Non sufficit autem sola formalis injuria, sed etiam debet esse materialis, quia non teneor reddere alienum, si illud à parte rei non abstuli.

Si culpa est venialis, vel ob parvitatem materiæ, vel ob imperfectam de liberationem, tenet ad restitutionem sub veniali. Quia effectus moralis per se loquendo non potest esse major sua causa morali. Hæc autem obligatio probabiliter evanescit, si res sit absumpta, & non sit factus ditior.

Culpa juridica ad restitutionem ob-

ligat, si lata sit, non etiam si levis aut levissima, nisi quis eam præstare, vel ex conventionem, vel ex natura contractus teneatur, modo illam cum peccato commiserit juxta dicta, quamvis in foro fori illud præsumatur.

Observa autem, quod DD. velint officia quem non obligare nisi ad latam culpam vitandam. Unde si Advocatus, Medicus &c. illam diligentiam adhibeant, quam alii boni Advocati adhibere solent, & tamen aliquem lædant, ad restitutionem non tenentur. Ita idem *ibid. sect. 6.* At hæc non est lata, sed levis culpa.

Restitutio est necessaria ad salutem saltem necessitate præcepti, quod præceptum radicaliter & primario negativum est, secundario autem & consecutivè affirmativum. Quia jus tertii duo petit. 1. ne ego habeam rem ipsius, quod impleo per carentiam detentionis, & sic est præceptum negativum. 2. Ut ille habeat, quod impleo per redditionem, & hoc est præceptum affirmativum *Sect. 7.*

Adnum. 9. Vasquius negat adulteram teneri ad restitutionem. *Illustr. Controv. 6. 48. n. 34. & seqq.* Maxime motus hoc argumento, quod peccaverit concipiendo, non etiam peccet, sed bonam opus faciat patiando.

AD TIT. XXXVII.

De Pænis.

A *Dnum. 19.* Quando dicitur legem pœnalem non obligare in conscientia, intellige id de lege propriè pœnali, si quis re sua privetur nõ etiam si aliquis ob justam causam in capax fiat

N 3

domi-

dominii. Sic si filius naturalis, vel spurius aliquid ex hereditate accipiat, cuius secundum leges incapax est, restituere tenetur. Laym. lib. 5. tit. 10. p. 3. c. 5. n. 15.

Obijit cum Vasq. Illustr. *contro.* 28. n. 12. Obligatio naturalis obligat in conscientia; atqui obligatus ad pœnam est obligatus naturaliter; ergo in conscientia. Si obliget ad quid præstandum Conc. si ad patiendum tantum Neg. nec conventionalem pœnam obligare in conscientia ait n. 16. 17. verum Zoef. hic n. 19. videtur distinguere, quando partes eam apposuerint. Imò Vasq. n. 18. docet, quod aliquis ad restitutionem damni dati non teneatur, nisi petatur.

Quare lex pœnalis non obliget in conscientia, rationem dat Vasq. *Contro.* c. 29. n. 6. Quia tam à populo, quam à Principe id actum videtur, ut vel civis legi pareant, vel pœnam statutam subeant, quam rationem ait, nec Theologi perceperunt, nec ullus, in cuius scripta incidi.

AD TIT. XXXVIII.

De Pœnitentiis & remissionibus.

Hic totus titulus expungi possit, & sequentia substitui.

Pœnitentia est prioris consilii vel actus mutatio, vel dolor de eo. Hinc alia bona, alia mala. Item vel sine, ut in beacis, vel cum dolore, & sic est specialis virtus. Sumitur item pro pœna imposita, quæ vel publica & hæc vel solen-

nis, de qua c. pœnitentes 63. & in capite dist. 50. vel non solennis verb. g. peregrinatio. Vel privata, quæ privatim suscipitur vel injungitur. Item pro Sacramento & definitur, quod sit Sacramentum quod contritione, confessione, & satisfactione concurrentibus operatur peccatorum remissionem. Ut materia proxima sint hæc tria remota, peccata ut detestanda. Est autem peccatum aliud Originale; aliud actuale, quod est dictum, factum, concupitum contra, vel præter legem Dei vel Ecclesiæ, & hoc vel mortale vel veniale.

Contritio, quæ est odium & detestatio peccati formaliter, & causaliter dolor de illis, alia perfecta propter Deum summè dilectum, seu ut est auctor gratiæ & gloriæ (sufficit autem hunc dolorem esse summum appetitativè in Universalis, non etiã intensivè) alia imperfecta, quæ attritio dicitur, quæ requirit præter dolorem ob gehennam vel cælum, Sacramenti votum. Est de necessitate præcepti & mediis, & obligat non semper, quia est præceptum affirmativum, sed tantum in periculo salutis animæ, vel corporis.

Confessio Sacramentalis est peccatorum Sacerdoti proprio (quia ad hanc non sufficit potestas ordinis, nisi in articulo & peric. mortis, & quoad peccata venialia, sed requiritur etiã jurisdictionis, quæ ab Ecclesia impediri potest) ad eorum Sacramentalem remissionem, obtinendam facta declaratio. Obligat eos qui post Baptismum in peccatum mortale ceciderunt, hodie saltem semel in anno, integrè & cum circumstantiis speciem mutantibus &

quan-

quandoque aggravantibus, sine dimi-
 diatione, nisi necessitas excuset, quæ fa-
 cit etiam quem prius absolvi posse. Po-
 test etiam publica esse confessio, & plu-
 ribus simul fieri, & per interpretem. Est
 tamen *contra usum Ecclesie* constitui
 per scripsum, vel etiam absentem. Clem.
 VIII. damnavit propositionem hanc:
licere per literas, aut internuntium pec-
cata absente Sacerdote confiteri, & ab
eodem absente absolutionem obtinere.
 Nulla est ex variis causis, vel ex parte
 pœnitentis, vel Confessarii. *Sigillum*
Confessionis, est obligatio non revelan-
 die ea, quæ audita sunt in Sacramentali
 confessione, ad quod non tantum Sacer-
 dos, sed quo principaliter loquuntur
 jura, de quo omnes alij tenentur. *Pœna*
revelantis hodie depositio & reclusio
 perpetua in Monasterium cap. *omnis*
viriusque h. t. Dices sæpè imposta est
 pœnitentia publica; ergo. Resp. id pro-
 cedere in foro exteriori, quo etiam
 spectant plerique Canones pœnitentia-
 les: *Satisfactio* hic est compensatio
 Deo facta pro injuria ei illata per pec-
 catum, cum proposito de cætero non
 offendendi, & spe veniæ. *Alia voluntaria*,
 alia *Sacramentalis*, quam Sacerdos
 injungit, quæ operatur ex operato ope-
 re, & facta in peccato mortali revivif-
 cit, prior non item. Admittit opera
 tam pœnalia, quam non pœnalia,
 item etiam alias debita *Acceptanda*
 nisi pœnitens ad purgatoriam si-
 bi reservet *Implenda* per ipsum pœni-
 tentem, alias non erit Sacramentalis.

Remissiones hic sumuntur pro In-
 dulgentiis, quæ sunt *condonatio pœnae*
temporalis Deo debita pro peccato jam

remisso quoad culpam extra Sacramen-
talem absolutionem facta seu concessa
ex thesauro Ecclesie; quem esse patet ex
 eo, quod omne opus bonum non tan-
 tum sit meritorium, sed etiam satisfac-
 torium, quæ opera cum non sint re-
 munerata quoad satisfactionem, ipsi e-
 nim exercentes non tenebantur satis-
 facere, applicantur nobis c. 14. h. t. *ex*
travag. Unigenitus. h. t. per juridicam
 absolutionem, mortuis verò per mo-
 dum suffragij, & ad instat solutionis ab
 alio factæ. Competit hæc potestas Pon-
 tifici, Concilio generali, Episcopo tem-
 pore dedicationis ad annum in anni-
 versario ad 40. dies, & Legato Pontifi-
 cis, id que vi jurisdictionis, qui illas con-
 cedunt, vel sub forma plenariæ remissi-
 onis, vel Jubilæi. Item per tertiam,
 quintam & c. partem remissionis pec-
 catorum; item per dies & annos, hoc est
 computato tempore, quo aliquis in
 hac vita juxta Canones pœnitentiales
 pœnitere debuisset, ut effectus indul-
 gentiarum sit, remissio pœnæ tempora-
 lis, modo concessæ sint ex justa causa,
 & ex parte finis & operis, & acquirere
 volens sit membrum Ecclesie, opera
 præscripta per se adimpleat, & sit in sta-
 tu gratiæ, & alias commodè pro suis
 delictis satisfacere non possit. Jubilæ-
 um ab Hebraico Jobel, quod buccinam
 significat, dictum, *quoad remissionem*
pœnæ ab indulgentiis plenariis non dif-
 fert. Sub Bonifacio VIII. centesimo,
 sub Clemente VI. quinquagesimo,
 hodie vigesimo quinto anno concedi-
 tur præter alia extraordinaria.

Observe, quod Bulla Cruciatæ habet
 clausulam, quæ dat facultatem Confes-
 sariis

fariis Ordinum Mendicantium absol-
vendi à censuris, reservatis etiam Papæ,
etiam, quæ in Bulla cœnæ continen-
tur, quoscumque etiam persecutores.
Est autem triplex status seu tempus
considerandum. Nam ante Bonifacium
fuit hæc facultas illis absoluta sine ulla
conditione audiendi confessiones, om-
nium sæcularium venientium ad eo-
rum conciones ab Alex. IV. Urbano
IV. Clem. IV. concessa. Secundum post
Bonifacium, quo in extrav. super Ca-
thedram de sepult. ob reverentiam E-
piscopis debitam eandem facult-
tatem concessit Dominicanis &
Minoribus cum duplici limitatione.
1. ut Confessarii eligerentur à suis Su-
periorib. 2. Ut electi præsentarentur
Episcopo loci per irâ licentiâ, licet non
obtena ex tunc. Hæc fuit ampliata per
Benedictum II. in extrav. inter cunctas
de privileg. absque conditione perso-
naliter comparandi, nisi tantum ver-
bo, aut scripto præsentandi electos,
quæ innovata Clem. dudum de sepult.
& in extrav. Joa. 22. de Judi. Tertium
post Trident. ex quo hæc facultas de-
pendet ab Episcopi Diœces. licentiâ &
approbatione. Ex quo inferitur, quod
non sufficiat unius Episcopi approba-
tio, nisi pro sua Diœcesi. 2. Quod debe-
at etiam licentiâ obtineri,

Quæstio. an liceat ecommunicare fi-
deles in Parasceve & Sabbatho sancto?
Affirmatur, & sic in multis locis posi-
tiva consuetudo observat. Sic & in prin-
cipio in usu, imò præcepta quotidiana
communio. Can. peccata de consecrat.
dist. 1. Qui usus duravit usque ad tem-
pora Hier. Non obstat can. Sabbatho

de consecrat. dist. 3. Quia in eo prohi-
betur tantum consecratio, ut patet ex
verbis contextus desumptis ex Epi-
stola 24. Innocen. I. Electi An. 400. &
ex Concilio Arausicano 1.

Quæres, an necessitate mediæ debeat
sumi ab omnibus Euch? Sann. to 3. dist.
4. q. 30. resp. neg. De parvulis patet. ex
Trid. Sess. 21. Can. 4.

Nam sit præceptum divinum &
Ecclesiasticum de reali sumptione? Ib.
q. 31. Resp. extat divinum, Joan. 6. v. 54.
Nisi manducav. & c. 1. ad Corinth. 11.
v. 23. Et Ecclesiast. cap. omnes h. t. Obli-
gat in articulo mortis, & semel in an-
no. Qui communicare neglexit tem-
pore Paschali, probabiliter adhuc po-
ste tenetur, quia est præceptum pro-
babiliter Divinum, ut sic differat à je-
junio & c.

Observe, sicut *Attritio* materialis
non significat contradictionem rei attri-
tæ. Ita attritio Theol. significat cor pec-
catoris non perfecte comminui, nisi
Sacramentum accedat, contritio au-
tem verè & totaliter conteritur.

Obsev. Motivum timoris pœna-
rum in attritione non debere esse merè
servile & naturale, hoc est timo-
rem ex amore proprio & merè natu-
rali conceptum. Sed utile & hone-
stum, id est, ex amore proprio superna-
turali conceptum, quia iste timor & a-
vertit à peccato, & includit ultimum
finem Deum, justum peccati vindi-
cem, & est intrinsecè actus virtutis
spei Theologicæ vel charitatis erga se
ipsum. Quæ licet dicatur & sit servilis,
prou topponitur filiali, non est tamen
cum servilitate omnimoda turpi.
Sannius

Sannius tom. 3. dist. 7. q. 5. n. 7

Obserua item. *Virtus* pœnitentiæ est viatori lapsò in mortale necessaria & necessitate medijs, & præcepti positi vi Divini, imò & *naturalis*; quia præceptum naturæ jubet applicare remedia necessaria ad obtinendum finem ultimum beatitudinis; ergò. Item lumen naturæ ingerit, ut amemus Deum, & humiliemur coram eo offenso per actiones nostras in ordine ad eum placandum; sed talis humiliatio habetur per actum pœnitentiæ; ergò.

Dices: non refertur ad ullum præceptum in Decalogo, in quo series præceptorum naturalium registratur. Resp. Reduci ad præceptum de colendo Deo, contra cuius cultum militat peccatum. Vel ad quintum prohibens occisionem corporalem quam spiritualem animæ. *Id. dist. 8. q. 1. n. 3. 4.* Item ex *d. dist. 8. q. 3. n. 4.* Pœnitentialis contritio non est meritum de condigno, sed tantum de congruo respectu remissionis peccatorum mortalium & obtinendæ gratiæ sanctificantis. Paulus ad Rom. 3. v. 24. Justificati gratis, per gratiam ipsius. Si esset de condigno, non esset gratis, sed ex iustitia. Item Trident. *Seff. 7. Can. 8. l. dem. ib. q. 4.* Venialia extra Sacramentum remittuntur per contritionem, per attritionem, item per actus aliarum virtutum, si ab operante eò referantur, tanquam præviæ tantum dispositiones morales. Item per Sacramenta: per Sacramentalia, non quidem ex opere operato, sed per modum imperationis: ait autem omnia Sacramentalia in hoc v. esse.

Orans oratio Dominica *vinclis* aquæ benedictæ aspersio. *Edens*, Communio, *Confessus*, *Dans* elemosynam. *Benedicens*: benedictio Episcopi

Quæst. 5. ait, quòd in hac vita possint remitti venialia remanentibus mortalibus, quia veniale peccatum non includit privationem gratiæ sanctificantis, sed compatitur illam secum; ergò nec ad remissionem requiritur illius gratiæ refusio.

Ex quæst. 6. Obserua Opera viatoris alia esse *viva*, quæ eliciuntur in statu gratiæ, alia *mortua*; quæ in statu odii, alia *mortificata*, quæ in gratia elicitæ impediuntur à consecutione præmii obsequens peccatum, alia *mortifera*, quæ licet ex fine honesto eliciantur, procedunt tamen à peccatore actuali. *Mortua* non reviviscunt ad meritum *vita aterna*: *Mortificata* reviviscunt, quamvis peccata semel dimissa nec quoad culpam, nec quoad pœnam æternam per subsequens peccatum redeant. Reminiscitur tamen Deus quoad pœnam temporalem nondum persolutam, & sic intellige Ps. 78. Qui in uno offendit, factus est omnium reus. Jacob. 2. intellige quoad durationem pœnæ, non etiam quoad infensionem: Sicut & parabolam servi, cui remisit Dominus universum debitum. Matth. 18. Possit tamen Deus condonare peccata cum conditionato pacto, si recideris in ea, volo, ut priora reviviscant.

Ex dist. 9. q. 2. Peccata semel dimissa fructuosè iterato confitemur ad remissionem pœnæ temporalis & augmentum gratiæ. Probat per Extra-

vag. i. de privileg. Forma enim absolutionis tendit ad peccatum tollendum, si inest, si non inest, sed inest post baptismum; & denuò de illo doles, ad augmentum gratiæ & diminutionē pœnæ.

Ibid. q. 4. n. 8. ait Sacramentum pœnitentiæ non posse esse validum & informe, quamvis Baptismus sit validus & informis, si ministratur habenti aequalē affectum ad peccatum mortale, quo casu valet, sed gratia sanctificans non censetur, nisi sublato obice, quia hic est necessarius, & iterari non potest.

Ex dist. xi. q. 10. n. 5. In fractione sigilli confessionis committitur peccatum detractionis infidelitatis & sacrilegii, & est semper mortale, licet veniale tantum detegatur, quia fit injuria Sacramento. & n. 6. est præceptum negativum obligans semper, etiam post mortem. n. 7. nec de pœnitentiæ licentia, quia prohibitum ob bonum publicum.

Ad n. 9. De indulgentiis Sann. to. 3. dist. 13. ubi q. 1. n. 7. etiam explicat partem ad pœnam unius vel plurium annorum, quæ olim erat *Carena*, id est, carentia seu jejunium in pane & aqua dies 40. Item *quadragesima*, quæ est remissio pœnitentiæ, quæ per quadragesimam subeunda erat de qua Can. in cap. dist. 50.

Ex q. 4. n. 6. Observa, quod tempore Jubilæi licet detur potestas absolvendi à quibuscunque, nulla tamen detur facultas dispensandi super irregularitate etiam occulta, ex defectu, vel inhabilitate quomodolibet contracta.

Idem de dist. rom. 3. de Censuris dist. 1. q. 5. R. fertur ex Cavarr. quod Jubilæum valeat tantum pro absolutione à Censuris in foro conscientiæ, quia pro e-

normibus & publicis casibus videtur Papa velle vindictam publicam. Unde virtute Jubilæi absolutus notoriè excommuniatus adhuc abstinere debet, donec publicè absolvatur, vel innotescat de absolutione altera obtenta. Secus si censure & casus occulti.

AD TIT. XXXIX.

De Sententia excommunicationis.

Ad n. 1. Dicitur usu aliquorum bonorum spiritualium, quia non privatur virtutibus in se, nec actibus virtutum: qui bona spiritualia sunt.

Ad n. 9. Bulenb. li. 7. c. 1. dub. 4. Ob solum peccatum externum censure proportionatum, & conjunctum cum contumacia censura ferri potest, & quidem in interdicto locali potest esse alienum v. g. prælati vel Communitatis, non tamen hominis privati, aliàs requiritur proprium.

Ibid. Et si ob peccatum veniale interdum ferri possit levis suspensio, vel leve interdictum, excommunicatio tamen major, suspensio gravis, & interdictum personale speciale (quidquid sit de generali) non potest ferri, nisi ob culpam mortalem, quia alioquin non esset pœna proportionata culpæ. Imò cum sint pœnæ medicinales, non debent infligi pro quovis mortali, sed quibusdam tantum, ne censure contemnantur, ut monet Trident.

Ad nu. 30. Ut scias, quæ communicatio privet Excommunicatio, observa triplicem in Ecclesia esse Communionem. 1. Communio interior, quæ à charitate procedit, quæ est animi affectio, quæ diligitur Deus propter se, & proximus

mus

raus propter ipsum, quæ charitas Christi membra per fidem formata capiti Christo & reliquis ejus membris unit, de hac Paulus ad Rom. 12. v. 5. Ita multi unum corpus sumus in Christo. Item Pl. 118. v. 63. particeps ego sum omnium timentium te. 2. *Communio externa*, quæ consistit in semel orando, & divinis officiis simul audiendis, & colloquio fidelium. 3. *Communio media* interior pariter & exterior, qua omnes fideles participes sumus Communium suffragiorum Ecclesiæ & Sacramentorum, ac communi Ecclesiæ participatione. Ut sic differat à *minori excommunicatione*, quæ externâ communionæ sicut & Sacramentorum collatione non privat, sed tantum perceptione. Differt à *peccato mortali*, quæ excommunicatio improprie dicitur, quia peccatum mortale segregat ab interiori communionem, quæ charitate constat, quia hæc per peccatum amittitur. Sic Paulus ad Rom. 6. stipendium peccati mors; Charitas autem est vita Joa. 1. 4. Hac communionem nec minor nec maior excommunicatio privat saltem ex se. Dico ex se, quia major istam separationem supponit; nunquam enim ferri debet, nisi ob peccatum mortale. Hinc.

Observe 2. quod & peccatum mortale & excommunicatio major à Communionem separet, sed hæc magis; nam licet uterq; maneat adhuc membrum Ecclesiæ per fidem licet informem, est tamen peccator tanquam membrum aridum adhuc unitus corpori mystico Ecclesiæ; ut ipsi suffragia Ecclesiæ adhuc aliquo modo proficiant, eumq; adhuc à tentationibus & vexationibus diaboli defendant; Excommunicatio

autem majori Excommunicatione talia nihil proficiat. Exemplum in arido membro corpori naturali adhuc unito, & plane separato; prius enim adhuc ad quem calorem à reliquis membris participat, alterum non, arg. can. quæ ad modum. xxiii. q. 7. ubi in terminis hæc similitudo insinuat. Quod verò fides vera licet mortua apud peccatorem maneat, docet Trid. Sess. 6. de Justificat. Can. 28. Prior autem discursus probatur autoritate Pauli 1. ad Corinth. 5. Ubi Corinthium peccatorem per excommunicationem in Sathanæ potestatem tradit; ergo adhuc aliquid amplius tollit excommunicatio, quam peccatum, alioquin Apostolus dicere non posset, quod ipse eum tradat. Idem probatur ex eod. 1. ad Timoth. Item Can. audi. xi. q. 3. Can. omnis Christianus. Can. nihil d. q. 3. Ex dictis inferes falsam esse Glossam in causa quodcunq; xxiv. q. 1. quæ ait. Excommunicationem quoad Deum nihil operari. Item dum in cap. 1. h. t. dicitur esse pena medicinalis, non mortalis, intellige ex fine Ecclesiæ, si se emendare velit, alioquin ex culpa ejus erit ipsi læthalis ita. Covarr. ad cap. Alma mater in princ.

Nota præterea Communicationem cum excommunicatis prohibitam esse jure divino in his, quæ ad divinam pertinent, ut in aliis communicans semper peccet. Covarr. d. l. p. 1. §. 1. n. 1.

Ad n. 73. Dices, cum hoc numero dicatur, quod graviter peccet si celebret is, qui est excommunicatus minori, & idem dicatur esse effectus excommunicationis majoris, quomodo ergo differunt, & quomodo potest dici, quod minor

minor tantum prius passivam perceptionem. & directe & vi Censuræ excommunicatus minori privatur tantum passivam perceptionem, & quia preceptum juris prohibet etiam, ne celebret, vel administret divina, ideo propter violationem hujus precepti peccat, si celebret, mortaliter; si alia administret, venialiter. Excommunicatus vero majori excommunicatione non potest celebrare vi censuræ, unde si iste cele-

bret, sit irregularis, quod in priori non fit.
 Adnu 97. Quæres, cur Procurator excommunicatus, si obtinuit sententiam, ea nihilominus adhuc executioni mandari possit, & non possit mandari executioni, si actor sit excommunicatus? R. in primo casu executio non patitur amplius per Procuratorem, sed per alium non excommunicatum, ut in his sit paritas.



Collegii Societatis Jesu anno 1699.
 Paderborna













Vallensis

Th
4782